locum in illo peccato, scilicet quando negavit dominum. Ad hoc dicendum quod illa auctoritas intelligitur duobus modis. Primus sic: Si claves habuisset plene, sicut petrus habuit quando confirmatus fuit virtute ex alto, error non habuisset peccati locum in eo, scilicet error mortalis peccati. Secundo intelligitur sic: Si claves habuisset simpliciter quantum ad scientiam discernendi, error non invenisset peccati locum in eo. Error enim [?] non invenit locum [?] quia spirituali scientia plenus est, quia spiritualis iudicat omnia et a nemine iudicatur. Talem enim [?]. Dicit ergo error non invenire locum in eo quia omnino plenus fuit, scilicet scientia spirituali. Tamen bene possunt errare, sicut scole aliquando plene sunt clericis, dicitur quod non inveniret locum in eis, tamen unus posset recedere et alius intrare et invenire locum et intrare. Sed ad hoc obicitur de ista auctoritate: Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Videtur enim quod sacerdotes non possunt remittere peccata, quia solus deus dimittit peccata, sicut ipse dicit per ysaiam: Ego sum qui deleo iniquitates tuas. Quasi dicat: ego et nullus alius. Sed est ad hoc solutio quod solus deus remittit peccata auctoritate, prelati vero ministerio. Sed contra hoc obicitur, quia quod auctoritate facit ad non [?] operatur. Sed ministerio operatur, ut patet in dispensatione domini, quod per se operatur. Dicendum autem non: ergo si prelati per ministerium remittunt peccata, per se operantur remissionem peccati, et deus ipse consummavit. Falsum est. Ad hoc solvendum distinguendum est duplex ministerium. Est enim ministerium operandi vel cooperandi. Apostoli primum ministerium per se dicitur ministrum, et hoc modo apostolus dicit se ministrum predicationis, operatur enim predicationem. Secundo modo dicitur se tribuere spiritum sanctum. Operabatur enim ad hoc ut daretur gratia, sed non operabatur vel cooperabatur infusionem gratie. Unde ipse dicit: Neque qui plantat, id est qui predicat, est aliquid, neque qui rigat, id est qui baptizat, est aliquid, scilicet quantum ad infusionem gratie, sed tamen [?] ministerio. Secundo modo prelati dimittunt peccata per ministerium quo operantur ad remissionem peccati.

Tertio capitulo quaeritur que persone habeant claves, et quaeritur de sacerdotibus qui non habent aliquos subditos, sicut illi sacerdotes sunt monachi sive non, utrum habeant claves. Videtur quod sic. Quia dicit lectio quod omnes in sacerdotibus habent claves, et cum ordinantur in sacerdotium dantur eis claves. Ergo cum illi sint sacerdotes habent claves. Ergo habent potestatem ligandi et solvendi. Contra: non possunt ligare et solvere cum non habeant subditos. Ergo non habent potestatem ligandi et solvendi, et est argumentum a coniugatis, sicut cum dicitur: non est albus, ergo habet non albedinem. Ad hoc dicendum quod omnes sacerdotes claves habent, et non [?]. Isti non possunt ligare et solvere, ergo non habent potestatem ligandi et solvendi, quia hoc verbum possunt non copulat quamlibet potentiam sed tamen potentiam liberam, sed illa autem [?] eadem est hic. Isti non habent liberam [potestatem] ligandi et solvendi, et illa est consequentia sicut dicitur de aliquo qui habet pedes ligatos: iste non potest currere, tamen habet potentiam currendi, sed non habet eam liberam. Eodem modo dicendum de sacerdotibus excommunicatis et suspensis et hereticis excommunicatis, qui scilicet inciderunt in hereses dampnatas: habent enim claves, tamen non possunt ligare et solvere quamdiu sunt excommunicati aut suspensi. Nec ut hic argumentum a talibus: Si baptizat, est baptizatum; sed si

curat, consecratum est; ergo si excommunicat, excommunicatus est, quia baptismus sacramentum necessitatis est. Unde aqua cuicumque datur tenetur conferre; non subtrahitur ab heretico sacerdotio; excommunicare accidentale. Nec est mirum si quod substantiale ab heretico non removetur et quod accidentale ab heretico removeatur. Praeterea excommunicare quaerit materiam extrinsecam, scilicet subditos, quam aufert sacerdoti cum excommunicatur. Quaeritur praeterea de archidiacono qui non est sacerdos utrum habeat claves. Videtur quod sic, quia excommunicat et absolvit, et ita ligat et absolvit, ergo habet claves. Contra: non est sacerdos, ergo non habet claves, quia dicit lectio quod in solis sacerdotibus ecclesie habent claves. Ad hoc dicunt quidam quod archidiaconus non habet claves, non excommunicat nec absolvit ex officio suo sed per demandationem: demandavit enim ei episcopus usum clavium quantum ad absolutionem et excommunicationem. Sed quaeritur utrum possit demandare alios usus, scilicet audire confessiones, iniungere penitentiam et huiusmodi. Sed enim non potest, quaeritur [quare] potest demandare potius unum usum clavium quam alium. Item in decretis dicitur quod ad officium archidiaconi pertinet cura ecclesiarum et ordinatio, [?] et iurisdictio contentiosa. Sed talis iurisdictio inutilis est nisi habeat potestatem cohercendi contradictores per censuram ecclesiasticam. Ergo ad eius officium et dignitatem pertinet cohercere per censuram ecclesiasticam. Ergo ex officio suo et dignitate habet potestatem excommunicandi, non ergo solum per demandationem. Et ad hoc dicendum quod ordinem habet ecclesia in membris suis ad decorem suum, quia suo ordine invenitur pulcrum esse, sicut in psalmo dicitur: Rex virtutum dilecti dilecti, et speciei domus dividere spolia, id est dei sponsa, id est ordinavit illos quibus spoliavit diabolum ad speciem suam, decorem ecclesie. Unde quedam sunt archiepiscopi, quedam archidiaconi et decani et alii. Et ad episcopum, cum sint superintendentes, pertinet dedicatio ecclesiarum, consecratio virginum et predicatio. Cum enim sit sponsus ecclesie debet habere semen spirituale ut generet filios spirituales deo. Propter hoc est quod [?] extra tumultum civitatis habet ut vacet contemplationi et [?] in otio contemplationis quod effundat postea in opere predicationis. Unde in canticis: Adiuro vos filie Ierusalem per capreas cervosque camporum ne suscitetis neque evigilare faciatis dilectam quoadusque ipsa velit. O filie Ierusalem, adiuro vos si inveneritis [?] ne suscitetis ab otio contemplationis dilectam, id est ecclesiam in prelatis, donec ipsa velit; et episcopus ergo debet vacare contemplationi et predicationi. Unde dicendum quod alia [?] contentiosa sunt iurgia, scilicet archidiaconi. Unde dicendum quod ex officio et dignitate archidiaconi est iurisdictio contentiosa et cohercitio per censuram ecclesie. Unde de officio suo habet potestatem excommunicandi et absolvendi. Non tamen habet claves, quia non habet alios usus clavium qui principales sunt. Principalis enim usus est clavium remittere peccata, sicut dominus dicit: Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Hunc autem usum non habet archidiaconus. Unde non habet claves.

Quarto capitulo pauca dicenda de excommunicatione. Est autem excommunicatio ab ecclesie communione separatio, que fit pro contumacia vel alia quaque manifesta offensa. Consistit autem hec separatio in mensa, in sacramentis, in salutatione et orationibus ecclesie, quia excommunicatus separatur a sacramentis et orationibus ecclesie.

Nec exhibet ei societas in mensa. non in eundo. aliqui
bus non in salutatione. nec sit de correctione eius. Excom
municationum alia maior. alia minor. Ma
iori excommunicatione sunt illi excommunicati qui ipsa sententia ex
communicationis nominati continentur. de hac non absolvit.
nisi ille qui excommunicavit. vel superior. Minori excommunica
tione excommunicati sunt illi qui participant cum excom
municatis maiori excommunicatione. exceptis quibusdam
personis que excipiuntur in decretis. et de hac potest
absolvere simplex sacerdos in confessione. Item excom
municationum quedam iusta est. quedam iniusta. Iusta est
que fit ordine competenti et pro culpa debita. et ordine
iuris observato. Iniusta est cum non meruit excom
municari ille qui excommunicatur. vel iuris ordo non ob
servatur. Legitur autem certum excommunicatum ab apostolo
quemdam fornicatorem corinthium tradidisse sathane.
ut spiritus salvus esset. Sed videtur quod ecclesia cum excommunicat
malefaciat. quia punit spiritualibus illum qui peccavit
in temporalibus. Aufert enim ei spiritualia que in infi
nitum meliora sunt quam temporalia. ergo magis
punit eum quam ille meruit. ergo peccat. Item cum excom
municat videtur facere contra deum. quia deus nunquam aufert
spiritualia. nec per se auferre. Immo quantum in se est semper
dat. Dicitur enim quod oportet dei semper apta. in qua est lon
gitudo dierum. idest bona spiritualia et eterna. Sed sini
stra non semper est apta. in qua sunt divitie et gloria
ut dicit Salomon. Non enim semper vult dare bona tempora
lia quia non semper expedit. Ecclesia autem aufert spiritualia
ergo non conformat voluntatem suam voluntati di
vine. ergo peccat cum nota sit ei voluntas divi
na. Item excommunicatio videtur implicare contrarietatem.
quia excommunicat ecclesia ut spiritus salvus sit. ergo excommuni
cat ut ille habeat spiritualia. ergo aufert spiritua
lia. ut ille habeat spiritualia. sed hec contrarietas.
ergo excommunicatio implicat contrarietatem. ergo nulla est.
Item videtur quod excommunicatio iniusta quantum ad illum qui excom
municatur nulla sit. quia sibi non peccat nec nocet ei
excommunicatio. Sicut dicit omnis. ergo adhuc est de cor
pore Christi quamvis non videatur. ergo particeps est omnium ecclesie
ergo non est separatus a spiritualibus ecclesie. ergo non est excommunica
tus secundum veritatem. ergo excommunicatio iniusta nulla est.
ergo non est tenenda vel timenda. et hoc contra illud: sententia
pastoris sive iusta sive iniusta timenda est. Item contra Ieronimum
qui quedam assumunt de supercilio phariseorum. ut
putent se solvere non solvendos et ligare non liga
dos. ergo per hoc excommunicatus iniuste non est ligatus.
Item cum ecclesia excommunicat reddit malum pro malo.
ergo facit contra preceptum apostoli. non reddentes malum pro
malo. Similiter facit contra hoc preceptum. Benedicite
persequentibus vos. benedicite et nolite male
dicere. Ecclesia vero excommunicat cum maledicere. ergo pec
cat. cum facit contra preceptum apostoli. Item ecclesia excom
municando facit contra mansuetudinem angelicam. legitur
enim in epistola Iude. cum Michael archangelus
cum diabolo disputans altercaretur de Moysi cor
pore. non est ausus iudicium inferre blasph
emie. sed dixit. Imperet tibi dominus. quasi diceret. re
primat te dominus in malitia tua. ergo cum ecclesia obviat

imitari mansuetudinem angelicam. non debet aliquem
excommunicare. sed deo relinquere videtur. Item videtur ma
ledixisse apostolus cum dixit. Licet nos aut angelus de ce
lo evangelizet vobis. preter quam quod evangelizavimus
anathema sit. Sed cum angelus de celo non ausus est
anathematizare angelum de inferno. multo minus
Paulus qui erat de terra debuit anathematizare
angelum de celo. ergo videtur peccasse cum dixit istud.

Solutio. Ad primum dicendum quod ecclesia non magis punit illum quem
excommunicat quam ille meruit. quia ille meruit penam
eternam. que in infinitum maior est quam pena excommunicationis.
Non enim ideo quod ecclesia auferat ei spiritualia. sed non dat ei
quia ipse indignus est. et pro hoc patet solutio ad secundum obiectum.
Ecclesia enim non aufert alicui excommunicato spiritualia.
non eo tamen quo deus aufert. Deus dicitur auferre solummodo
quia non dat. et quia non dat. hoc est ideo quia homo non accipit.
Deus enim paratus est dare. sed homo indignum se reddit.

Ad tertio obiectum dicendum quod non est contrarietas in excommunicati
one. Ad tempus enim subtrahit ecclesia isti spiritualia. ut
eam melius habeat perpetua. Ad quartum dicendum quod ille qui iniuste
excommunicatur iniuste. separatur non a divinis ordinibus
ecclesie sed a spiritualibus. et subtrahitur consilio iuste et
multa alia. Dicendum quantum ad illa tenenda et timenda.
et ad auctoritatem Ieronimi dicendum quod intelligitur de illo qui crede
bat excommunicationem iniustam nocere excommunicato.
et non nocet ei si non meruit excommunicari. Immo pro
est ei sustinentia illius excommunicationis. Excommunica
tio enim medicinalis quedam est. Ad quintum dicendum quod ecclesia cum
excommunicat. non reddit malum pro malo. Im
mo bonum. quia causa correctionis subtrahit ei
spiritualia. ut ille redeat ad cor. quia qui
parcit virge odit filium. et quod dicit apostolus. Nolite
maledicere. intelligendum est ex odio vel intuitu
vindicte. Excommunicatio enim non est facienda ex hoc
vel intuitu vindicte. Sed intuitu correctionis.

Ad sextum quod obicitur de angelo. dicendum quod cum videtur constare in
mediate quod ad nos pro loco et tempore maledi
cere debet ecclesia. sicut et deus maledixit Ade et Eve et
serpenti maledicebat. non facit contra mansuetudinem
angelicam. sed preter mansuetudinem angelicam.
perfectissimorum enim est nullo modo maledicere. Opera
non imperfectis non sunt contra opera perfectis. Sicut enim contem
platio. Sed sunt preter opera perfectis. Ad ultimo obiectum
dicendum non anathematizavit angelum de celo. sed enim
fuit illi locus. sicut impossibile est consequens. scilicet angelum
de celo anathematizari. sic impossibile est antecedens
scilicet angelum de celo aliud predicare vobis quam
evangelizavimus.

Questio de clavibus

Dicendo est de relaxationibus que fiunt per claves.
Circa istam questionem primo videndum est utrum valeat
tamen relaxatio quantum ecclesia videtur promittere. Secundo
utrum possit relatio esse divitibus et pauperibus.
Tertio de ista estimatione que exigitur ut dicit
magister ad hoc ut fiat relaxatio. Primo
ergo queritur utrum in veritate tamen valeat relaxatio
quantum promittit ecclesia videtur. Dicit enim ecclesia sic. Quicumque
venerit de suo .xx. ad fabricam istius loci remittuntur

ei tria de penitentie. et peccata oblita et cetera. Si ergo tantum
valeret relaxatio quantum ecclesia videtur promittere. videtur quod pro tribus
obolis iste absolvatur a tota penitentia sua. quia si dat
obolum ad fabricam istius ecclesie. dimittentur ei tria de
penitentie et similiter si dederit ad fabricam alterius ecclesie. dimit
tentur ei alia tria de. et ita pro tribus obolis potest absol
vi. quod est inconveniens. Ad hoc dicunt quidam. quod rela
xatio non tantum valet quantum ecclesia promittit. sed ecclesia tamen pro
mittit. quod excitentur fideles ad dandum et decipi
eos ecclesia. sed illa deceptio pia fraus est et non est
peccatum. Sed contra hoc obicitur. Si ecclesia decipit fideles aut
dicendo verum. aut falsum. sed non dicendo verum quia ve
ritas neminem fallit. ergo dicendo falsum ergo ge
neraliter ecclesia dicit falsum et mentitur. ergo mentitur. ergo generali
ter ecclesia mentitur quod absurdum est dicere. Item probatur
quod tamen valet relaxatio quantum ecclesia promittit quia beatus
Gregorius instituit Rome has relaxationes et sic alias
Rome per vel. et diversas processiones. habet de relaxa
tionibus plusquam .l. annos. ergo si tanta relaxatio
sit Rome. plures et alii prelati dimittunt eti
am partem penitentie. et non tamen valet relatio. quantum promit
tit ecclesia. Item in evangelio capitulo Iohannis de datum est
puelle. et dicit glossa. idest ecclesie de gentibus. ergo ecclesia de gen
tibus habet capitulum Iohannis. idest capitulum ergo. ergo potest dividere
ad subditos relaxationes. et ita valet relaxa
tio tamen quantum promittitur ecclesia. Item sacerdotes mini
stris venientibus dant licentiam comedendi bis his
qui audierunt missam. Ex hoc apparet generali
ter ecclesia ergo totum dimittitur quod promittit illa
relaxatio. eadem ratione totum dimittitur. quod promit
tit relatio episcopi. Item in .ii. ad Corinthios .ii. dicit
apostolus. cui aliquid donastis. et ego. Nam et ego quod do
navi. si quid donavi propter vos in persona Christi. glossa.
dicit. at si ipse dicit donasti et vos donastis. idest con do
nastis. totum condonatum esse. ergo si apostolus totum
condonasti. totum condonatum est. ergo cum apostolus
loco sit episcopus. si episcopus totum condonat. totum condo
natum est. et non tamen valet relaxatio quantum videtur promit
tere ecclesia. Ad illam facit illa auctoritas. Quecumque
solveris super terram et cetera. Si concedatur quod tamen valet relaxatio
quantum promittitur ecclesia. contra. Dicit auctoritas. aut homo
punit. aut deus punit. ergo iste non solvitur pro tribus
obolis a tota penitentia. Immo deus puniet ipsum nisi
ille puniat se. Constat enim quod non est sufficien
ter punitus. Item in evangelio precepit. facite dignos
fructus penitentie. ut scilicet qui multum peccavit multum
puniatur. Sed ecclesia evangelium non potest dispensare. ergo non
potest facere quin qui multum peccavit. multum
puniatur. Sed si relaxatio tamen valet quantum videtur
ecclesia promittere. minus puniretur ille aliquando quam ma
gis meruit puniri et magis puniretur qui minus
puniri meruit. Solutio. Ad hoc quod huiusmodi relaxatio
nes tamen valeant quantum promittitur ecclesia. vi. exi
guntur. Primum est potestas. Secundum et solutio. scilicet ut absolva
tur quis a proprio prelato suo. vel ab alio de pre
cepto prelati. et Secundum est necessitas loci et illius
cui fit relatio. necessitas loci per se patet. ne
cessitas est illius cui datur relaxatio. quia non potest re

munerare pro debilitate. vel pro egritudine. vel quia nec
tas penitentias facere. Tertium est devotio fidei. ut scilicet
credat ille enim fit relatio. ecclesiam talem potestatem habere. Quartum
cum est. illi cui datur. ut scilicet ille cui fit relaxatio
sit in statu gratie. Quintum est quod habeat caritatem. aliter enim non prodest
ei relatio. Quintum est discretio ut scilicet discernat
apud se pro quanto velit exhonerari. vel quantum velit
declinasse ut absolvitur esset a tanta penitentia. Sex
tum est iusta estimatio. ut scilicet quod ei dimittitur
sit. ipse tempore sine dando. Ista ergo .vi. intelligun
tur in relaxationibus quas facit ecclesia. ut possit quantum ecclesia
promittit. Si ecclesia tacet illa duabus de causis.
prima quia si determinarent non essent fideles ita prom
pti ad dandum. Secunda si predicarent laicis. quod quia
unum opus meritorium adiuvat eternam. tamen et mul
te forte. ex tanta caritate non essent ita prompti ad
faciendum bona opera. Secundum est quod si caritatem habet ille
cui fit relaxatio. cum caritas non sit sine fide. ha
bet iustam estimationem. de omnibus huius fides est
adiuncta caritati. iusta est estimatio operum spiritua
lium. potest ergo concedi quod si hoc verbum decipit. non impor
tat deformitatem. ecclesia decipit fideles. Tamen non
mentitur. et ad aliud quod querit. utrum decipiat dicen
do verum vel falsum. Dicimus quod dicendo verum. sed non in
dicendo verum. sed quia dicit verum. sed quia non determi
nat illa .vi. Ad aliud ergo quod obicitur est de relaxationibus quas
instituit Gregorius. dicendum quod valent quantum ecclesia videtur promittere.
quia bene considerati sunt labores qui fiunt in eundo Ro
mam et redeundo processiones. Et ibi est discretio et
iusta estimatio. Ad secundo obiectum. patet solutio per predicta.
Ad tertio obiectum dicendum quod sacerdotes nobis faciunt has re
laxationes. non in virgam opera misericordie. et etiam vel quia
elymosina de facili temperat ieiunium. Exer
citatio enim corporis ad modicum valet. Pietas autem
utilis est ad omnia. Et in evangelio. Comedite pinguia
et bibite mulsum et mittite partes eis qui non preparave
runt sibi et cetera. Ad quarto obiectum dicendum quod sicut totum condonat
totum condonatum est. Sed primum est impossibile. quod Christus totum
condonet. quia sic evacuaret iustitiam dei. Ad illam
auctoritatem quecumque solveritis et cetera dicendum quod intelligendum est iu
ste. et pie iuste intelligitur. illa .vi. quod dicta sunt.
Sed contra hoc quidem est quod ad hoc quod relaxationes valeant
tamen quantum promittit ecclesia. exigitur iusta estimatio
scilicet quod ipsum datum tempore sine pro maiori in victam obiectum.
quia relaxatio non tamen ratione dati valeat. sed ratione precum et su
ffragiorum ecclesie. que obligat se ad orandum pro il
lo qui dat ad de suo. ad fabricam ecclesie. et ecclesia per preces
suas meretur ei remissionem pene. quod probatur quia per pre
ces suas meretur ecclesia alicui remissionem culpe. multo
fortius remissionem pene. Item in evangelio. ubi habetur
de sanatione paralitici. dicit glossa. multum in apud
deum fides propria. Apud quem tamen valuit fides alie
na. ut homo esset intus et extra sanatus. ergo per pre
ces ecclesie dimittitur non solum culpa sed et pena
peccati. Forte dicet quod hic intelligendum est tamen de di
missione culpe. non de dimissione pene. Sed contra
hoc sunt multe auctoritates. quia in Daniele habetur quod precibus
eius relaxata est captivitas babilonica.

It in exodo. q pcib3 moysi. dimissa e pena q debebat iudeis p peccatis ydolatrie. V dns dixit ad moysen. Dimitte ut irascat furor meus cont eos. 7 deleam eos. 7 moyses n dimisit. It pcib3 dauid. angls exterminator dimisit pp. It pcib3 ecce ceciderut catene d manib3 petri. In ecce e oratio fiebat sine intermissione ad dnm p eo. It pcib3 sctor ceciderut scame ab oclis pauli. It dic aug. q suffragia ecce n solu psut ut facilior sit absolo s3 ut tolerabilior sit dapnatio. i. pena. hiis auctoritatib3 euidens e q ecce mitt alic p pces suas. remissiones pene. g cui aliqs dat obolu ad fabrica ecce. dimittit ei pena n solu rone dati. si rone pcu ecce que obligat se ad orandu p eo. Sic g rone uni misse cui e iste pticeps dimittit ei ad d pena. 7 rone alti misse. silr ad dimittit ei de pena. g cu i eade die mille l duo milia missar celebrat in illa dioc. qr pticeps e iste p obligatione ecce. In una die dimittit ei tota pnia sua. e in donatione oboli. g n op in relaxationib3 q dat respcu pnie in uicem. g n exigit ita extimatio. si hec dr. g euacuabit hec auctas. facite fruct dignos pnie. 7 hec silr. aut ho puit aut dr puit. Solo bn g. q ecce n solu mitt remissione culpe aliqu. s3 7 remissione pe. 7 relaxationes ualt n solu ratione dati. s3 7 rone pcu. 7 p ec q alic in datione oboli gra dandi. 7 gra pcu dimittat p tne pnie. tn adhuc stat iusta extimatio. 7 adhuc tet facere dignos fruct pnie. pp tria. pmu e pp incertitudine. qr nescit si dimissa pena illa cet nescit e qntu psit ei suffragia ecce. Scdm pp omissione uitanda. qr n faceret pnia. q tet facere omitteret. 7 i pctis mor. Tertiu e pp maiore. gratiore. 7 meliore satisfactione. qr magis pot pnia pa q aliena. 7 n in h augs. 7 tota illa pena dimissa e ei. g n exig iusta extimatio. qr n d q exigat q ad pcci remissione. s3 qntu ad deuotione 7 certitudine satisfois.

Scdo e. qr. utrm eqls sit conditionis paup 7 diues. in h relaxoib3. Vr q b3 dd q s. qr i spualib3 paup n d3 ee peioris conditionis q diues. It uolutas p facto reputat. qtu ad mitu uite etne 7 remissione pene etne. c. r. q ad relaxatione pene tpalis. It d aug sup illu locu In quitudo sup uisu illu. Qdemnat in lacum cc. Sunt h. iiii. zacheus das dimidiu bonor suor. vidua euaglica das duo minuta. 7 alius dans calice aq frigide. paup qdam n hns n bona uolutate. Omnes isti eqles sut i merits. V d aug. g eqlis conditionis. paup cu diuite. i dimissione pene. d. It uelle furari de est furari d. 7 uelle mori. Mori e e cum i uelle e ex caritate. g uelle satisfacere satisface e. g cum paup 7 diues eqlr uelint satisfacere eqlr sut

facient. licet n eqlr dent. Sz ecce. dnm e nabuc. redime pecta tua elymosinis. n uoluntate dandi elymosinas. It in pu. Redemptio anime uiri. ppe diuitie. It satisfo oia cu sit resolutoria pene penalis e. qr pcta n resolui n p pena. g n e satisfactoria q g. Et. d. q n sunt eqlis conditionis in his relaxoib3 paup 7 diues. qr cu diuitie sint bnficia dei. pstita cor consolatoria e ecclis. V in canticis. Leua ei sub capite meo. V 7 ablatio sui a penalis e. 7 pp hec alienatio pec satisfactoria e. V bn dicit redime pecta elis. 7 redemptio anime uiri. ppe diuitie. d g q ad relaxatione pene peioris conditionis e paup q diues. si simplr n e peioris. Imo simplr melioris. Licet diues sit melioris conditionis q paup in relaxationib3. q fiut p donatione elemosynarum. tn paup e melioris qntu ad relaxatione q fit in oratione. Certie 7 efficacior e paup q diues alias pcib3. 7 per orationes efficatius dimittit pena pcci. q p elargitione. 7 ad illu q obi uoluntas p facto reputat. intelligndu e qt ad mitu uite etne n qtu ad relaxatione pene. Silr qd dic aug. sr psalm. d. lx. iiii. intelligndu e qntu ad mitu uite etne. n qtu ad relaxatione pene. Ad ultio obt. d. qm in h augs. uelle mori. e mori. Velle furari d e furari d. g uelle satisfacere e satisfacere. qr adh q ad sit satisfactoriu. ul sit di furtiu exigit. q sit ex caritate. 7 q sit penale 7 qr uolutas satisfaciendi n e penalis n e satisfactoria.

Tertio e. qr. d ita extimatione.

Tnq b3 da casib3 sic in relationib3 pcor oblitor. 7 uotor fractor. 7 in eis q sut ecce sigtis. sit e relaxo aliqn sub hac for. Qcuq decit ad d suo ad fabrica tal ecce ei dimittit tcia ps pnie. 7 pcta oblita. 7 uota fracta si ad ea redierit 7 gsilia. Sz uir q h relaxo nulla sit. q ad hoc q h relaxationes ualeat exig ita extimatio. qr nescit que 7 qt sit hi pcta oblita. g nulla e relaxo hi. It obi de relaxatione q fit ecce sigtis pp q uiri facit expeditione qm pdicatores sic exponit. Qcuq accepit cruce ad subsidiu terre sce dimittunt ei peccata sua. i q n stati decedat sumpta cruce. stati euolabit. V r q h relaxo nulla sit. 7 q pcegit ul q ita pdicat. dr e in ypla. Cololami pp mg sp co de ur. Loqmi ad cor ihrlm. 7 aduocate ea qm oppleta e malitia ei. Dimissa e iniquitas illius. suscepit d manu dni duplicia. p omib3 pctis s. Ibi d glo. consolationis ca e remissio pecor. remissionis ca pcor e qui suscep d manu dni duplicia. i. duplicem pena. s. pena in aia. 7 in corpe. n de manu dni recepim duplicia. remissionem pecor n hemus. s3 iste q sumpta cruce. stati decedit n accepit d manu dni duplicia. g n hr remissione pecor. g n stati euolat. 7 nulla e illa relaxatio. It h in eua. q pontifices ugies dicunt

sut fatuis. ne forte n sufficiat nob 7 uob. g pontifes n audet dice q merita sua sufficiat s 7 alus. g ecce n d3 pmitte q merita sua sufficiant s 7 alus. Ide e e ecce q pontifex ugies tenet d apo. Despondi e uos uni uiro. u. c. ex. xpo. p. cat. g ecce p sumptos cu fac his relaxationes. It pontifice. q tota ecce uix s sufficiat. qr sumte i ecce q s suffic. sut. e. q s n sufficiut. 7 ita tota ecce uix s suffic. l 7 n s suffic. g n alus suffic. Si g pl ualo pecces accipiat decem. cu tota ecce uix s sufficiat n suffic ad ablationes illor ecce sigtor. g si illi stati decedant ulla pte pgnationis sta. n stati euolat. cum merita ecce tal n sufficiat. g nulla e illa relaxato. s3 q d. Do pp hr pleitudine potis. g p facere tata relaxationes. It necitas facit licitu. q al n ect licitu. g e. r. necitas faciat sufficies. q al ect isufficies. Si nulla maior necitas q subsidiu tre sce. faciat q merita ecce sufficiat ecce sigtis. q al ect insufficientes. g n illa relaxo q pmittit ecce. Je l 7 merita abraa. ysa. 7 iacob. n eis suffeceriut ad tata gla q ta hnt. qr d remunat sup condig tn nob sufficiut. V moyses p pccm ydolatrie. orauis dnm. Qescat ira tua 7 esto placabilis sr nequia ppi tui. recordare. Abraa. ysa. 7 iacob 7 istl 7c. g l3 merita ecce s uix sufficiut tn sufficiut ecce sigtis. Solo ad pmi. d. q i uitate merita pmittit plati. q n soluunt. V ma g discretioe 7 n passi faciende sut hi relaxones. D g q cu ita extimatio n p3 fi d peccis oblitis. 7 uotis fractis. n e necce q tm ualeat illa relaxatio. qtu pmittit. Silr e intelligndo. Qcuq decit ad d suo ad fabrica talis ecce dimittet ei tcia ps pnie i iuste. 7 pcta oblita 7 uota fracta dimittunt. ul in pte ul in toto. 7 hec mag e. Si ecce n dterminat. ut mag excitet deuotio fidelui. n e boni dna ua exprimere. sic n e pdicado laicis. q tm ualeat ad uita etna dare unu dnariu. qtu costruere cenobiu. cu excessi cari fuit. Ad l qd obt. e d ecce sigtis. d q n e necce. q a sumpta cruce stati euolat si decedat. s3 illa relaxatio intellr. ut faciunt 7 ui pliba. Fruiunt e illi q acceperut crucem pati sut mori p xpo. 7 in hoc proposito augmentat eor cari. 7 i augmentat merito conditio. 7 sic p gtitione dimittit eis pcta. sic d d magdalia. Dimissa sut ei pcta multa qm dilexit multu. 7 qr dilexit multu. fleuit multu. qr fleuit multu. dimissa sut pcta multa. Ad illo g q do pp ht pleitudine potis. d q ht hac pote ut faciat ecce sigtis pticipe omiu suffragior ecce. s3 n ht pote ut istu q e pene obnoxi. faciat euolare sini solute pene. Imo necce e q suscipiat d manu dni duplicia. 7 q faciat dignos fruct pnie. s3 intellr facere pnia. si ul ipe ul ecce faciat p eo. s3 do pp n p face q n ysati ecce sigtis

restituat q ht d usa. ad hec ut pegnato sit ei utilis. Sic eni ut dic iob. No indiget ds meo mendacio. ut p eo loqtm dolos. sic n indiget p nro auxilio. ut p eo faciam dolu ul rapina. Ad ho obt. d. q h ar n ua. Necitas fac licitu qd alias ect illicitu. g n necitas fac sufficies q alias ect insufficies. Necitas e faco ul licito licitu i duob3 casib3. po d cenonialia illicito fac licitu. sic in dauid. q comedit pa. ppositionis. 7 i aplis qui fricabat spicas i die sabbi. hi e cerimoialia n fuerit illicita. n ad tps. s. qdiu durat figura. V necitas h illicitu potui fac licitu. Scdo necitas illicitu facit licitu. cu ipa necitas claudit i precepto sic cu dr n occides. intellr sini ca. V licitu e occide in cau necitatis. Si qr dbito pene soluat pena. l ipe l ali p ipo. putemorale e. V n e p in casus h s. qr n claudit ibi necitas. p. necitas n fac d n sufficienti sufficies. Ad tio obt. d. q n in h augs. Licet merita abraa. ysa. 7 ia. n suffic(ien)te s. tn sufficiut nob. g qius merita ecce uix sibi sufficiat. tn sufficiut ecce sigtis. 7 hec e q cu as mer aliu uita etna. mer sibi 7 eo si cu satisfacit p se. n satisfacit p alio. nec pp hec n e sile.

De ordine pnia. p q fit remissio pecor dicendo e d sacramento extreme unctionis. p q fit oppleto remissionis pecor. Circa hec sacramentu po uidendu e qd sit sacramentu. Sco an sit itabile. Circa pmu uidendo qd sit materia huius sacramenti 7 q sit eentialis sacramenti 7 qs ei effec. Materia huius sacramenti e olm osecratu ab epo. q dr olm ad infirmos. d e mltiplx unctio. Vnguntur catecumini baptizati olo sco in pectore. 7 inter scapulas. Inunguntur esmate in untice. qd compositu ex balsamo 7 olo. 7 olm signat nitore bone conscie. balsm odore bone uite. et hijs duob3 e pfectio xani. Inunguntur xani in fine uite sue. olo q dr ad infirmos. ut dimittant eis pcta que p pnia n sunt dimissa extoto. p3 g q materia h sacramenti e olm sic materia bapti e aq. 7 in confirmationis esma. De eentia g h sacramenti qr. qd sit. 7 uir q as carace sit eentia huius sacramenti. Est e tiplx unctio. pa in bapto. in signu hi rei q baptizatur. bapts aut e sacramentu intntui. Scda in confirmatione que e sacramentu pugnatui. Tertia in extrema unctione. q e sacramentu exeuntui i figa. huius tiplicis unctionis fuit [illegible] unctus dauid. po in domo [illegible] [illegible] fuit rex 7 h unctio sigt unctione q fit i bapto. Scdo unctus fuit in ebron. ut ect rex sup tribu iude tm. 7 p hac unctione multa bella habuit. 7 h unctio sigt unctione q fit i confirmatione pp pugnam q dia. 7 carne. 7 mundu. Tertio tm unctus fuit in ebrn. ut ect rex sr ihrlm uniusa. 7 p illa unctione in pace regnau.

et hec unctio significat unctionem que fit in extrema unctione. Psalmus: In pace regum. Cum ergo quattuor unctiones sint. s. quarum omnia in omnibus. Signatur quod in baptismo imprimitur character. quia ipsa essentia sacramenti. et in confirmatione similiter ut multi dicunt. Ergo in extrema unctione imprimitur character quia ipsa essentia huius sacramenti. Sicut in unctione initiata que est in baptismo imprimitur character multo fortius in hac unctione que est consummata imprimitur character. et ita essentia huius sacramenti est sacramentum et character. Sed contra. character est inseparabilis. in hoc sacramento non datur iterari et hoc firmum. Ergo relinquitur quod essentia huius sacramenti non sit character. Et ergo ad aliud. quod si exterior unctio est essentia huius sacramenti. similiter et sunt ibi multe unctiones. Inunguntur enim infirmi in oculis. in manibus. in ceteris membris quibus peccaverunt. Aut ergo quelibet illarum essentia est huius sacramenti. aut aliqua illarum. sed non aliqua illarum. quia non est ratio quare magis una quam alia. Si quelibet est essentia huius sacramenti. hoc non potest esse. quia ille particulares unctiones numquam simul fiunt. Ergo numquam fit. nec contingit fieri unum sacramentum. et ideo propterea dicunt quidam quod unctio quantitas que relinquitur in fine ultime particularis unctionis est essentia huius sacramenti. Sed probatur quod ipsa unctio passio est sacramentum. quia unctio oculorum est signum oculorum. et signum sacre rei. quia significat remissionem peccati quod actum est per oculos. Mors enim intrat per fenestras sensuum. Ergo est sacramentum vel sacramentale. non sacramentale quia non refertur ad aliud sacramentum. ergo est sacramentum. et non aliud quam extrema unctio. Ergo ipsa unctio passio est essentia huius sacramenti. Queritur preterea de effectu huius sacramenti. De quo dicit beatus Iacobus: Infirmatur quis in vobis. Inducat presbyteros et orent super eum ungentes eum oleo in nomine domini. et oratio fidei salvabit infirmum et alleviabit eum dominus. et si in peccatis sit dimittentur ei. Ergo hoc sacramentum duplicem habet effectum. s. alleviationem corporis et remissionem peccati et liberat in ipso oleo. Est enim mitigativum et sanativum. et hoc sacramentum est sacramentum novi testamenti. Ergo indigne suscipiente efficit quod significat. Ergo quicumque digne suscipit hoc sacramentum consequitur sanitatem corporis et remissionem peccati. et hoc manifeste falsum. Multi enim digne suscipientes moriuntur. Solutio. Dicimus quod in sacramento unctionis non imprimitur character duabus de causis. prima est quia hoc sacramentum institutum est ad complectionem penitentie. Sed sicut in sacramento penitentie non imprimitur character ita nec in hoc. Secunda est quia non est nisi duplex character. distinctionis. s. et excellentie. Character distinctionis datur in baptismo quo discernuntur fideles ab infidelibus. Character excellentie datur in ordine. in ministris ecclesie quo excellunt alios. In hoc sacramento non datur character distinctionis. quem cum fideles omnes habent non oportet suscipere in hoc sacramento. nec est hic character excellentie quia non est hic excellentia aliqua. Dicimus ergo quod quelibet illarum unctionum particularium est sacramentum extreme unctionis. Non est inconveniens multa esse essentialia in sacramento duobus modis. unum sunt in significando. sicut in baptismo multa sunt. s. aqua et ablutio. passio et actio. et omnia illa unum sunt sacramentum quia unum significant. Similiter in sacramento eucharistie multa sunt. s. forma panis et forma vini. et tamen sunt unum sacramentum ab unitate signati. Signatur enim corpus Christi mysticum. s. unitas ecclesie. Similiter ille unctiones passiones que fiunt in extrema unctione sunt unum sacramentum. quia significant unum. s. remissionem peccati. Ad illud quod obicitur de effectu huius sacramenti dicimus quod alleviatio corporis et alleviatio infirmi est effectus huius sacramenti. sed non semper. Sed non semper efficit hunc effectum quem figurat. Illud vel potest dici quod utrumque quod est res. Non tamen semper utrumque consequitur digne suscipiens. sed remissionem peccati utrumque consequitur. quia semper utilis est. sed salutem corporalem non semper consequitur quia non semper utilis est. sicut deus semper digne petenti dat bona spiritualia quia semper utilia sunt. Sed non semper dat bona temporalia quia non semper utilia sunt. Queritur preterea cum extrema unctio sit sacramentum consummationis et ita dignius videatur quam illa sacramenta que sunt sacramenta initiationis quare in ipsa non apponitur balsamum. sicut tamen olim in baptismo et confirmatione apponitur balsamum cum oleo. Ad hoc dicimus quod baptismus et confirmatio sacramenta sunt initiativa. quibus est necessarius nitor bone conscientie. per oleum quod significat per oleum. et odor bone fame. per balsamum quod significat per balsamum. et propterea in istis sacramentis est oleum cum balsamo. Sed extrema unctio est sacramentum exeuntium. quibus sufficit nitor bone conscientie. Sed tamen oleo consecrato ab episcopo inunguntur sine balsamo.

Queritur preterea utrum ordo sacerdotum de necessitate ad essentiam huius sacramenti exigatur. Videtur quod non. quia ad sacerdotes pertinet baptizare. tamen in articulo necessitatis alius potest baptizare. Ergo et licet extrema unctio ad sacerdotem pertineat. tamen in casu necessitatis alius quam sacerdos potest hoc sacramentum dare. Sed contra. Institutum est ab apostolis quod soli sacerdotes dent hoc sacramentum. ergo nullus alius potest dare hoc. Quod concedimus. et non est simile de baptismo. quia ad infusionem gratie que datur in baptismo homo non operatur nec cooperatur. sed solus deus. Ergo a quocumque datur verus baptismus est. Sed extrema unctio est sacramentum institutum ad consummationem penitentie. ut quod in penitentia dimissum non est in extrema unctione dimittatur. Sed ad hoc sacramentum dandum exiguntur claves. et sicut in penitentia exiguntur claves quantum ad dimissionem pene temporalis. quas solis sacerdotibus contulit deus sicut apostolis. Sacerdotes enim ex vi clavium faciunt ad dimissionem pene temporalis. ut patet in resuscitatione lazari quem solus deus resuscitavit. Sed apostoli solverunt illum a vinculis quibus ligatus erat. quod significat quod solus deus resuscitat animam a morte culpe. sed sacerdotes aliquid dimittunt ex vinculo pene temporalis.

Queritur preterea utrum oratio sit de essentia huius sacramenti. Videtur quod sic. quia dicit beatus Iacobus: orent super eum ungentes oleo in nomine domini. et oratio fidei salvabit infirmum et alleviabit eum dominus. Sed alleviatio infirmi tam corporalis quam spiritualis de effectu huius sacramenti est. Sed hoc sacramentum habet effectum suum et efficaciam suam per orationem. ergo oratio est de essentia huius sacramenti. Contrarium est quia ipsa unctio est ipsum sacramentum. Sed oratio non est de essentia unctionis. Est enim aliud quam unctio. ergo oratio non est de essentia huius sacramenti. Ad hoc dicimus quod sicut de essentia baptismi dicuntur esse tria. s. immersio. forma verborum et intentio baptizandi. Similiter de essentia sacramenti eucharistie dicuntur esse tria. s. ordo sacerdotalis et forma verborum et materia. s. panis et vinum. Ita et in essentia huius sacramenti dicuntur esse tria. s. ordo sacerdotalis et oratio fidei et materia. s. oleum consecratum ab episcopo. Non est autem oratio ipsa unctio vel pars eius. sed hoc modo dicitur de essentia quia per ipsam unctio fit sacramentum. i. quod similitudinem eius gerat quod significat et causa existat. Est autem oratio talis: Per istam sanctissimam unctionem et suam piissimam misericordiam dimittat tibi deus quicquid peccasti per visum. et sic de aliis. Non datur hoc sacramentum nisi adultis. quia parvuli non indigent remissione peccatorum quia in baptismo dimissum est originale. et nullum peccatum addiderunt. Non datur autem adultis sanis. quia principalis effectus huius sacramenti sanatio corporalis que non habet locum nisi in infirmo. Sed dignissimus effectus est remissio peccatorum.

Secundo capitulo queritur utrum hoc sacramentum debeat iterari. Videtur quod non. quia quattuor sacramenta sunt in quibus unctiones fiunt. s. baptismus. confirmatio. ordo. extrema unctio. Sed tria priora non iterantur. Ergo extrema unctio non est iteranda. Item dicit augustinus: Iniuriam facit sacramento qui iterat ipsum. Ergo sacramentum extreme unctionis non est iterandum ne fiat iniuria. Sed contra dicit ambrosius: quotiens invalescit morbus iteranda est medicina. Sed sepe invalescit morbus quia sepe infirmatur. Ergo sepe iteranda est extrema unctio. Quod concedimus. et non est simile de baptismo et confirmatione et ordine quia in illis est character. non in extrema unctione. ut dictum est supra. Ad auctoritatem augustini dicimus quod iniuria non fit in illo sacramento si iteratur ubi non est character. sicut si iteratur sacramentum eucharistie et iteratur penitentia. Sed si iteratur ubi est character iniuria fieret ei. aut si iteratur quod datum est a malo ministro. Auctoritas ergo illa intelligenda est de illis sacramentis que semper permanent. Illa enim numquam sunt iteranda. maxime vero dixit hoc augustinus propter baptisma. Heretici enim baptizatos a catholicis rebaptizabant. quod neutrum faciendum est. quia solus deus in infusione gratie que datur in baptismo. nec minister operatur nec cooperatur ad infusionem gratie. Sed non sunt nisi canales. Sed sicut canales non dant pluviam. ita nec ministri dant gratiam. Iniuriam ergo facit baptismo qui iterat ipsum. videtur enim sentire baptismum meliorem a meliori ministro dari. et posse homines cooperari ad baptismum. et non solum esse deum qui baptizat. Sed quantum in baptismandi infusione [?] diminuit ergo dignitatem baptismi. et ita iniuriam facit baptismo.

Dicto de sacramentis in quibus confertur gratia. dicendum est de sacramento in quo confertur plenitudo gratie. s. de ordine. Et primo videndum quid sit ordo. et quot ordines. Secundo utrum ordo sacerdotalis idem sit in novo et veteri testamento. Tertio de ordinatis ab hereticis. Quarto de tempore et etate ordinandorum. Circa primum notandum est quod ordo est sacrum sigillum quo spiritualis potestas confertur alicui et officium. Et intelligendum est quod character ordinis datur sicut character baptismi. et sicut in baptismo est character et ablutio exterior que significat interiorem. Similiter in ordine datur character et est aliud exterius quod est signum illius quod datur interius. sicut traditio clavium vel libri vel calicis vel unctio exterior. Sed character in baptismo signum est distinctionis. Sed character in ordine signum est excellentie. Notandum autem quod quemadmodum quesitum est de charactere in tractatu de baptismo. potest et hic queri. Dicto quid sit ordo. Notandum est quod ordines septem. Primus est hostiarii seu ianitoris. qui in veteri testamento electi fuerant ad custodiendum templum. Hi dicuntur qui custodiunt templum et hostium debent ipsi aperire et claudere. quos decet intrare et quos non. Et in signum dantur ei claves. hoc officio usus est dominus in persona quando eiecit ementes et vendentes de templo flagello de funiculis facto. Secundus ordo est lectoris. a legendo dictus est. Debet enim legere lectiones veteris testamenti et recte pronuntiare. et ea que prophete dixerunt populo predicare. in signum huius traditur liber. Hoc officium exercuit dominus quando in medio seniorum librum ysaie aperiens legit ibi: Spiritus domini super me etc. Tertius ordo est exorcistarum. ad quos pertinet per invocationem nominis liberare obsessos a demonibus. adiurando eos per dominum ut exeant ab illis. Sed modo non fit ita. quia pauci vel nulli sunt energumini. et in huius signum accipiunt de manu episcopi librum exorcismorum. hoc officio usus est Christus quando multos demoniacos liberavit. Quartus ordo est acolitorum. qui grece dicitur ceroferarius a portando cereos quando legitur evangelium in festivis diebus. Tunc enim duo cerei feruntur in signum duorum preconum qui precedent secundum adventum. s. helye et enoch. In non festivis diebus non fertur nisi unus cereus in signum primi adventus in quo unus precessit. s. iohannes baptista. hoc officium dominus testatur se habere quando dixit: Ego sum lux mundi. Quintus ordo est subdiaconi ad quem pertinet ministrare calicem diacono cum patena. Sed dicunt est subdiaconorum. hoc officio usus est dominus quando linteo se precinxit ad lavandos pedes discipulorum. Sextus ordo est diaconi. qui dicitur levita. quia in veteri testamento ministrabant levite et portabant tabernaculum. sic debet diaconus ministrare sacerdoti et ferre crucem predicando. hoc officio usus est dominus quando post cenam sacramentum sanguinis et carnis ministravit discipulis. et quando predicavit. Septimus ordo est presbyteri. presbyter autem interpretatur grece senior latine prior. propter honorem et dignitatem quam accipit. Ad illum pertinet corpus Christi conficere. propter quod finis est et consummatio aliorum ordinum. Hoc officio usus est dominus quando confecit corpus suum in cena. et quando se ipsum obtulit in ara crucis. Sed videtur quod plures debeant esse ordines.

carnale

inanno.

demoniaci

quam septem. Sic corona sive prima tonsura que est sigillum dignitatis. Preterea quando accipitur corona dicitur: Dominus pars hereditatis mee etc. et quia separat se in hereditatem dei, id est quedam separatio. Quare videtur esse pro ordine quem recipit. Item dicit beatus Dionisius: humana ierarchia facta est ad similitudinem celestis. Ergo sicut in celesti VIIII sunt ordines, et in humana. Item precepit dominus Moysi ut faceret templum ad similitudinem illius quod vidit in monte, quod ostensum domino factum est. Ergo ecclesia a Christo per Moysen significato ad similitudinem triumphantis. Sed in triumphante sunt VIIII ordines etc. Solutio. Corona signum est regalis dignitatis, quia se debent regere quique deo deservientes quam per se et excellentem. Unde hic omnes ordinati. Vel est signum materiale ad preparandum ad suscipiendos ordines, propter quod non est sacramentum, sed sacramentale, sicut presignatio in baptismo. Et est signum separationis in parte domini, quod notatur cum dicitur: Dominus pars hereditatis etc. Ad aliud dicimus quod similitudo celestis ierarchie attenditur secundum gradus, secundum quos imitamur deum. Unde cum sufficienter imitemur deum per VII dona, in hoc dicimus attendi similitudinem. Exemplum hoc dictum est Moysi quod faceret templum ad eius similitudinem illius templi quod ostensum est in monte. Vel non oportet quod sint VIIII ordines in hominibus sicut in angelis, quia ordo angelorum non distinguitur secundum quod assimilantur eis, sed secundum officia divisa.

Quesitum est quare VII ordines sunt.

Si videtur quod longe plures sint quam septem, quia diaconatus est quidam ordo secundum quem diaconus subest sacerdoti, eadem ratione episcopatus est unus ordo, secundum quem episcopus preest sacerdoti. Item in baptismo et confirmatione in quibus fit unctio de crismate imprimitur caracter. Ergo pari ratione in consecratione episcopi cum fiat unctio de crismate imprimitur caracter, sive non caracter excellentie, sive excellentie caracter. Caracter ordo est. Ergo episcopatus est ordo. Item ordo est sacramentum sigillum, quo confertur potestas spiritualis. Sed in consecratione episcopi est sacramentum sigillum, scilicet sacra unctio, et confertur episcopo potestas spiritualis. Hoc preterea probatur quia est ordo a differentia ceterorum ordinum. Item in ordinibus angelorum est unus ordo qui dicitur dominatio, quia dominatur inferioribus ordinibus, et ex suo dominandi officio. Sed episcopus dominatur inferioribus, et ex suo dominandi officio. Ergo episcopatus est ordo, primatus, patriarchatus, papatus. Et plures sunt ordines in militanti ecclesia quam in celesti. Non ergo perfecte ordinata est militans ecclesia ad exemplar triumphantis ecclesie. Item videtur quod decanatus et archidiaconatus et huiusmodi sunt ordines, quia decani et archidiaconi presunt et dominantur inferioribus ordinibus, et ex suo dominandi officio. Ergo est ordo ad similitudinem illius ordinis qui dicitur dominatio in celestibus ordinibus. Ad predicta duplex est solutio. Quidam enim dicunt quod non sunt nisi VII ordines, quorum summus est ordo sacerdotalis, et supra ipsum nullus ordo est. Omnes enim alii ordines redeunt ad illum ordinem cuius est consecratio corporis et sanguinis domini nostri, qui est opus excellentissimum. Unde supra ordinem sacerdotalem non est ordo. Unde apostolus eosdem vocat presbiteros, ad eundem et episcopos. Aliorum est oppinio, quod nobis magis placet, quod tot sunt ordines in ecclesia militanti quot sunt in celesti, scilicet VII predicti preter episcopatum et archiepiscopatum. Et licet

ordo sacerdotalis dignissimus sit quantum ad dignitatem rei conficiende, tamen episcopatus dignior est quantum ad quantitatem. Episcopus enim dat potestatem conficiendi corporis et sanguinis domini. Ad archiepiscopum autem de iure pertinet officio consecrare episcopos, que maxima est dignitas. Licet in casu aliquo episcopus consecret episcopum. Primatus vero et patriarchatus etc. non sunt ordines nec differunt nisi constitutione et ambitu, scilicet secundum maiorem et minorem potestatem. Si quis vero obiciat eos quod ita sunt dicentes quod archiepiscopatus non est ordo, quia omnis ordo datur per manus impositionem, et non est alia manus impositio super archiepiscopum quam super episcopum. Dicimus tamen quod admittimus archiepiscopatus est ordo ad modum ordinis angelici. Decanatus vero et archidiaconatus non sunt ordines. Non est ibi enim sacramentum sigillum quo confertur potestas spiritualis. Sed sunt dignitates amminiculantes ad ordines, similiter et episcopus. Sunt thesauraria et cancellaria officia sunt et non sunt ordines, quia non est sacramentum signaculum. Sed quia ampliata re ecclesie institutus est thesaurarius ad custodiendum res ecclesie sine aliquo sacro sigillo. Quod autem episcopatus et archiepiscopatus sint duo ordines preter alios VII ut sint VIIII ordines in humana ierarchia sicut in celesti probatur per auctoritatem apostoli qui dicit ad Hebreos: Sine ulla contradictione quod minor est a maiore benedicitur. Quoniam benedicit, ergo maior est qui benedicit quam qui benedicitur. Sed archiepiscopus de officio suo benedicit et consecrat episcopum, ergo maiorem dignitatem habet quam episcopus, et ita maiorem ordinem. Item Moyses et Aaron in sacerdotibus eius. Ergo Moyses et Aaron fuerunt sacerdotes. Aut ergo equales aut alter maior. Probatur quod Moyses maior, quia dominus Moysi in quarto Exodi: Tu eris Aaron in hiis que ad deum pertinent. Ergo maius fuit sacerdotium Moysi quam Aaron. Ergo cum episcopus de officio suo consecret episcopum maioris ordinis est quam episcopus. Sed contra hoc obicitur quod episcopus consecrat archiepiscopum, et Hostiensis consecrat papam, nec tamen maioris est potestatis. Ad hoc dicimus sine preiudicio melioris sententie quod aliud est quod fit ex dispensata necessitate, aliud quod ex dignitate officii. Archiepiscopus enim consecrat episcopum ex dignitate officii, et sic hoc maioris dignitatis est, et sic intelligitur auctoritas apostoli quod maior est sine ulla contradictione qui ex officii dignitate benedicit aliquem quam ille qui benedicitur. Quod vero episcopus consecrat archiepiscopum dispensatio necessitatis est. Sicut cum ad sacerdotem pertineat baptizare, tamen in articulo necessitatis licite baptizat alius quam sacerdos. Similiter cum dominus papa non habeat superiorem vel parem, de necessitate inferior consecrat eum. Vel si non essent in mundo nisi tantum tres simplices sacerdotes, oporteret quod duo illorum consecrarent alium in episcopum et alium in archiepiscopum. De Moyse vero dicimus quod non fuit sacerdos nisi in semiplena significatione sacerdotis, quia sacerdotis est offerre hostias, et ipse non offerebat. Sed dominus est sacerdos quia consecravit fratrem suum in sacerdotem, per allegoricam expositionem. Moyses quintum tipum supra exagesis significat, scilicet quod sunt exagesis sacre scripture, et Aaron quintum tipum in modus fortitudinis significat virtutem quod est

sacerdotis est, quia ex virtute offerimus spirituales hostias deo. Scriptura vero non est proprie sacerdos. Sed dicitur sacerdos quia digna virtute. Vel Moyses significat fidem, et Aaron caritatem. Sicut est offerre caritatis spirituales hostias deo, quia fides operatur per dilectionem.

Queritur preterea utrum idem sit sacerdotium veteris legis et nove. Videtur quod sic, quia dicit apostolus: Omnes eandem spiritualem manducaverunt escam quam et nos; ergo eandem spiritualem hostiam obtulerunt quam et nos. Sed sacerdotis est offerre hostiam. Ergo idem sacerdotium spirituale habuerunt, et ita idem sacerdotium veteris legis et nove. Item eadem est ecclesia que tunc fuit et modo est, quia una est columba mea, non eadem numero, sed eadem expressa similitudine. Dicitur sicut dicitur una fides. Ergo cum eadem fuerit ecclesia in nova et veteri lege, hec et perfuerint ecclesie in veteri et nova lege, ergo idem sacerdotes per expressam similitudinem. Ergo idem sacerdotium. Contra dicit apostolus ad Hebreos: Translato sacerdotio necesse est ut fiat legis translatio, id est legalium sacrificiorum permissio. Sed consequenter per lege priorum institutionem leviticii sacerdotii aliud sacerdotium dicens: Tu es sacerdos in eternum etc. Translatum est ergo sacerdotium. Ergo non est idem sacerdotium veteris et nove legis. Quod concedimus. Unde si esset modo aliquis veteris legis reordinandus esset ad hoc ut esset sacerdos nove legis. Ad primo obiectum dicimus quod eedem spirituales hostie fuerunt in veteri et nova lege quantum ad fidem ex quo offerebantur, et quantum ad significationem, quia per hostiam veteris legis significabatur verus agnus qui tollit peccata mundi, et per hostiam nove legis similiter. Sed non sunt eedem quantum ad rei existentiam, quia in sacrificio nove legis est verus agnus per existentiam. In sacrificio veteris legis non fuit nisi quantum ad significationem. Ad secundo obiectum dicimus quod eedem persone fuerunt in veteri et nova lege quantum ad similitudinem virtutum, sed non quantum ad similitudinem operum et officiorum. Sacerdotium autem respicit officia et actus, et propter hoc non est idem sacerdotium. Quod autem per omnia differunt sacerdotes nove et veteris legis, probatur quia sacerdotes veteris legis per opera carnalitatis exercebant et mortificabant. Sed sacerdotes nove legis non mortificant.

Ultimo queritur utrum heretici vere ordinentur an non, et vere conficiant. Probari quidem videtur quod non, quia dicit Innocentius papa: quia nec potest dare honorem qui non habet, nec accipere potest recipere honorem ab illo qui non habet. Sed constat de hereticis cum non habeant honorem quod non dant honorem. Ergo non dant ordines. Item beatus Cyprianus dicit quod sacramenta hereticorum fantastica sunt et inania. Sunt enim heretici similes simiis, qui videntur facere similia ecclesie, et non faciunt. Sed sacramenta fantastica non sunt sacramenta. Ergo sacramenta hereticorum non sunt sacramenta. Ergo non vere ordinant nec vere conficiunt. Item dicit Jeronimus quod heretici panem lucet quem comedunt, et sacramenta sacrilega et polluta quem comedunt. Sed sacramenta polluta non sunt sacramenta. Ergo heretici non vere ordinant nec vere conficiunt. Item dicit Augustinus quod extra ecclesiam non est locus veri sacrificii. Ergo cum heretici sint extra ecclesiam, non habent verum sacrificium. Sed contra dicit beatus Gregorius quod baptizati ab hereticis non sunt rebaptizandi. Item ordinati non sunt reordinandi. Sed si ordinati

ab hereticis non sunt reordinandi, ergo heretici dant veros ordines. Item Augustinus dicit quod heretici habent vera sacramenta et vera sacramenta dant, sed perniciose habent et perniciose dant. Ergo vere conficiunt et vere ordinant. Ad hoc solvunt quidam sic habendum in talibus quod distinguendo est inter hereticos. Sunt enim quidam heretici precisi ab ecclesia, quidam non precisi. De precisis dicunt quod dant baptismum, quia baptismus est sacramentum necessitatis, sed non confirmant nec conficiunt nec ordinant vere, et si formam ecclesie observant. De non precisis autem dicunt quod hec omnia faciunt si formam ecclesie observant, et per hanc distinctionem omnes predictas obiectiones solvunt. Sed quod hoc solo nulla sit probatio, dicit beatus Augustinus quod iniuria non est facienda sacramento. Iniuriam autem facit sacramento, sicut ipse exponit, qui dicit ipsum pollui ex immunditia hominum. Sicut enim radius solaris spergitur super quelibet immunda, non coinquinatur immunditiis, tanto magis sacramenta divina. Ergo precisio vel non precisio hereticorum non facit ad sacramentum. Ergo non est solvendum per distinctionem illam. Item dicit Augustinus quod non est reciprocandum in hereticis istud in quo nobiscum convenit, sed in quo nobis contrariantur. Quod probat per hoc quod cum Iohannes dixisset domino: Magister vidimus quendam in nomine tuo eicientem demonia, qui non sequitur nos, et prohibuimus eum. Respondit dominus: Nolite prohibere illum. Qui enim non est adversum nos, pro nobis est. Ergo non est reprehendendum in hereticis istud in quo nobiscum conveniunt. Sed istud in quo nobiscum adversantur, quia ut dicit Augustinus: medicando est quod vulneratum est, non curandum est quod sanum est. Ergo sive heretici sint precisi sive non, dum tamen servant formam ecclesie, vera sacramenta dant. In hoc enim nobiscum conveniunt. Propter hoc aliter solvendum est. Dicimus ergo quod si heretici servent formam ecclesie, sive sint precisi sive non, vera sacramenta dant. Multi enim heretici precisi fuerunt ut Arriani qui conveniebant in sacramentis. Si vero non tenent formam ecclesie, non dant vera sacramenta. Auctoritas ergo Innocentii intelligenda est de illis qui non servant formam ecclesie, et ipsi ordinantes ordinati fuerunt in non forma ecclesie. Unde non habent veros ordines, et sic non possunt dare. Vel aliter potest intelligi illa auctoritas: et si formam observant ecclesie cum ordinant, tamen non dant honorem, id est non dant gratiam spiritus sancti datos ordines. Ipsi enim non habent gratiam, nec illi quos dant, nec illi qui recipiunt cum sint heretici. Similiter auctoritas Cypriani potest intelligi duobus modis. Possunt enim dici sacramenta hereticorum fantastica, quia formam ecclesie non observant. Unde videntur ordinare et non ordinant, vel fantastica, quia videntur dare gratiam et non dant. Unde simie sunt hereticorum. Et sacramenta sacrilega sunt, vel quia non servant formam ecclesie, vel si observant, dant sacrilega et polluta, quia ipsi heretici sacrilegi et polluti sunt, et ad pollutionem suam recipiunt. Sicut legitur super Matheum dicit quod ille polluit panem, id est corpus Christi, qui accedit indignus ad altare. Non quia ille panis sit pollutus, sed quia magis polluitur ille qui celebrat indignus. Similiter auctoritas Augustini duobus modis potest exponi. Potest sic: extra ecclesiam, id est extra formam ecclesie non est locus veri sacrificii, vel extra ecclesiam non est verum sacrificium, quia non dat gratiam, que videtur dari. Sed tamen

ne ɔficiunt si formā eccē suat. quia signum in fō abrahā. q̄ genuit agar. ex p̄cepto sarre. agar ancilla signat quosq̄ extra ecclīam. fantasticā inq̄ tm̄ do gnāt filios spūales si fol eccē fuerit.

De etatib; aūt de ordinator. ut h̄r in sn̄ tētus. qm̄ subdiaconū n̄ ē ab ordinād. an xiiii. ānū. qui pp̄ uotū ɔtinētie de hīc ā nos discretois. n̄ in diaconū. an. xxv. ānū. n̄ in sacerdotē. an. xxx. ānū. q̄ i tali etate x̄c ceptus ē pdicare. ⁊ ioseph incepit distribue frumētū infra egypti. ⁊ dauid regnare in isrl'. ⁊ ezechiel ph̄ziare. s; q̄ istud ab hoīe institutū ē. dispēsatioē; recip. ⁊ alr sepius fit.

Postq̄ dcm̄ ē d sacm̄tis collatiuis grē. dicnd̄ ē d sacm̄tis ɔsuatiuis grē. s. d mīmo. p q̄ ɔsuat grā. ē ē sic medicina p̄suatiā. q̄ p̄suat a lapsu. sic dcm̄ ē sup. Circa mīm. p̄o uidē d ē q̄ sit. mīm. ⁊ d institutoē mīmi. Scdo de causis. mīi. Tertio utrū. mīm. sit d iure nāli ⁊ si ē. qr̄ sit. Q̄rto d bonis mīi. V. d impedimēto. mīi. mīm. s d q̄cbi. Matrim. ē legittimā maris ⁊ femie ɔiugatio. idiuiduā uite retinēs ɔsuetudinē. Legittimā dr̄ qtū ad ꝑs legittimās ad ɔh̄nd. Que aūt ꝑsoe legittime sit ad ɔh̄nd infius patebit. ⁊ q̄ legittie ɔiugunt. fr̄ ⁊ soror. filius ⁊ mat. q̄ ad cohitatioēs. pp̄ hec addr̄. indiuiduā uite ɔsuetudinē retinēs. i. retinēdā exigēs. q̄ ite ē. hec aūt dr̄ q: mīm. n̄ ꝑ retin; indiuiduā ɔsuetud. uite. sic in mīo. i fidliū. Contumelia ē catoris soluit mīm. Tale eni mīm. n̄ ē ratū. Jt̄ hec dr̄ pp̄ mīm spūale. q̄ aūt cārnalē coplam. lic; altiū ɔiugū trāsire ad religioē. ⁊ soluit. mīm. S; q̄diu durat mīm. idiuiduā uite retin; ɔsuetudinē. uel q̄ in re ē. sup retind̄ exigit. Cū ē. mīm. sit ɔiunctio maris ⁊ femie. ⁊ ibi sit due ɔiunctioēs. q̄ sūt relō ⁊ ɔrelo. Dr̄ ē marit. uxoris. marit. ⁊ uxor. marit. uxor. qr̄ an utrūq; illaꝝ ɔiūctionū ꝑse sit mīm. an ille due isimi accepte. i q̄ neutr̄ sit utrūq; ꝑse. g̃ ibi sūt duo mīma. g̃ duo sacm̄ta. si ille due ꝑse accepte. i q̄ neutr̄. g̃ ꝑ hec uir n̄ ē ꝑ mīm ɔiunct cū femina. nec eā. hec aūt. sin. Ad h̃ d. sic dcm̄ ē mcāc mīto euchie q̄ duo sūt in subto. si unū s i effcū ⁊ sigficaoē. In effcū unū. q̄ ille due ɔiunctioēs efficiūt cārnē unā. in sigficatioē unū sūt. q̄ sigīnt unionē x̄ ⁊ eccē sicut d apls. Matrimoniū sacm̄tū magnū ē. in. x̄ ⁊ eccē. Ut sic fōr patris ⁊ fōr ui sr̄ unū sacm̄tū. ab unitate sigti ⁊ effcs. i ille dū ɔiunctioēs sūt unū. mīm. ⁊ unū sacm̄tū ab unitate sigficati ⁊ effcs. Institutū aūt fuit. mīm. in paradso. Jmmisit eni ds̄ soporē in adā. ⁊ tulit unā de costis ei. et hedificauit illā costā in mlierē. ⁊ in illo soporē infuxit adā celesti curie. ⁊ mlta futa ei reuelata sūt. ⁊ cū euigilasset dix in spū ph̄rico. Hoc nc̄ os ex ossib; meis ⁊ caro d cārne m. pp̄ h̃ relinquet hō patrē ⁊ matrē. ⁊ adherebit uxori sue. ⁊ erūt duo i cārne una. Jstitutū g̃ fuit. mīm. q̄ in duplici paradiso. s. i paradiso trestri. i quo fuit adā. ⁊ i paradiso celesti ad quē rapt fuit adā. in illo sopore. Jstitutū aūt pea fuit a dnō dicente. Crescite ⁊ mltiplicamī. Essent aūt ut dic aug. nuptie honorabiles. ⁊ thor inmaculatus i paradiso n̄ finisset pccā. honorabiles g̃ tali honore. q̄ gnārnt hoies ad cultū di. ⁊ spāli honoē in quo adā ⁊ eua sūt pncipīm toti huān gnīs. thor inmaclat eēt. q̄ sin omi pruriginē cārnis sue. sin omi libidine. sin omi inɔuenienti cohuret. S; q̄d ē utrū ibi eēt delectatio cārnis. p̄bat q̄ s. quia habraā ⁊ alii prēs sci. qn̄ cognoscebāt uxores dl'ectabant ulient. uollet. g̃ illa dl'ectatio n̄ erat uoluntaria. g̃ erat nāl. S; eadē nā fuit an pccm q̄ nūc ē. g̃ ⁊ an pccm eēt i illo ope dl'ectatio. p̄ ibi eēt ɔiūctio ɔuenientis ⁊ cū ɔuenienti. g̃ dlectatio sic dlectatr̄ uisus i uiδndo. uide. S; si ibi eēt delectatio sic mō ē. g̃ libido. ⁊ i pccm. q̄ ē inquenies. ⁊ ad hoc. d. q̄ ibi eēt dlectatio. S; sciēd ē q̄ duplex ē dl'ectatio ɔcupisci. s. hoē ⁊ ɔcupisci. brutal. q̄ n̄ ɔcupiscit n̄ sn̄ sibilia. ⁊ ɔcupisci' hūana q̄ ɔcupiscit omīa tā sn̄ sibilia. q̄ intlligibilia. tā boā. q̄ mala. hī ɔcupiscētiā tp̄ale hūt angli. Vl' ɔcupiscibilē brutalē. n̄ ē utus n̄ intiū. ⁊ s illam delectaret adā. an pccm in ope ɔiugali. t habebat ē cop'. nāle. in dignis alimoniā cibor. Vn ⁊ delectatioē habebat s sinsi. ⁊ n̄ peccaret. s; n̄ seqr̄ ibi ē delectatio. g̃ libido. libido ē ē mot ad dl'ectatioē; illiciā.

Scdo caplo dicnd̄ ē de causis mīi. q̄ q̄dā sūt finales. q̄dā mles. q̄dā fōrles. q̄dā efficientes. finaliū. q̄dā sūt necc̄ie. q̄dā utiles. Necc̄ie sūt pl' pcatio. ⁊ fornicatois uitatio. Scdm pl'pcatioē; dr̄. mīm. istitutū ad offim. scdm fornicatois euitatioē; dr̄ istitutū ad remediū. an statū culpe. Jnstitutū ē tm̄ ad offim. i statu clpe. ad offim ⁊ remediu; Cae finales utiles sūt cātū. Dilatatio inimicoꝝ. reɔciliatio belloꝝ. sedatio regni pacificatio. ⁊ hī cae matiales. sūt legittime ꝑsoe. Jn sol' ē legittis h̃r eē mīm. t Legittie uō ꝑ sūt que nllo mō phibent ɔhere. fōrles cae sūt solleptuitas q̄ exhibet in mīo. sic q̄ fit in facie eccē. ⁊ q̄ bñdicunt sponsus ⁊ sponsa. h̃ ē faciūt ad decorē mīi. Efficaes aūt cā mīi ē ɔsns ꝑ uba d p̄sinti exp̄ssus. l' equpollēs. sic ꝑ signa q̄

int absentes ꝑ ee. mīm. S; d isto ɔsnsu q̄ē cā efficiēs. mīm. mltiplr̄ obr̄. ⁊ d illo ɔsnsu ꝑ q̄ē mor. pccm. Aliq̄ ē ɔhere cū ā ut fiat diues. ꝑ hec solū. ul' ut expleat libidinē suā. ⁊ i excupi. ⁊ ex libl' ē ille ɔsns̄ inial. S; si arbor mala. ⁊ frc. m. g̃ cū capi. ul' li. sit pccm mor. ɔsns ille ē pccm mor. S; ille ɔsns ē ꝑse cā efficiēs mīi. g̃ mor. pccm ē. ꝑse cā efficiēs mīi. g̃ malū est cā boi ꝑse. cū omē mīm. sit. boñ. h̃ aūt ē ɔ bīm dionisiū q̄ q̄ malū n̄ ē facti uū boñ. Jt̄ eē illos q̄ dnt q̄ mala actio n̄ ē a dō. Jlle ɔsns ē ꝑse cā boi. s. mīi. g̃ ꝑse ē boñ. q̄ mala. ar. n̄. p̄. fr̄. bo. fa. Jt̄ si iste ɔsns nllo mō ē bo. g̃ nllo tm̄ ē ꝑse cā illi effcioēs. g̃ iste ɔsns; n̄ ē cā efficiēs. ꝑ eꝫ mīm. nec finat. si mīt. n̄ fort. h̃ ē tū ē. g̃ ut lo tm̄ cā ē h̃ mīi. Cōt. h̃ mīm. ē boñ. ⁊ scdm g̃ q̄ cā ē illi. Ad h̃ d q̄ iste ɔsns l; sit pcā mor. tm̄ ē ꝑse cā efficiēs. mīi. n̄ i q̄tū mal. s; i q̄tū boñ. ⁊ in q̄tū a dō ē. Dici ē q̄ ois actio i q̄tū actio boā ē. ⁊ ē a dō. ⁊ q̄ b. dionisi dic. sic ē intlligend malū n̄ ē factiuū boi. i q̄ntm̄ boñ. s; ꝑ bonū q̄ h̃t in se. annexū ē. factiuū boi. sic ꝑ; i eūpl. que mala ē. ⁊ mlta tm̄ boā h̃t annexa. sic negotiatioes ⁊ silia. q̄ ualde necc̄ia sr̄ hoīb;. Qui aūt dicūt q̄ mala actio ē ab hoīe. ul' dia. difficile ē eis respondē.

Queritur pcā q̄s ɔsns sit cā efficiēs mīi. aut ɔsns ad cohitand̄ ꝑpetuo. aut ɔsns in cārnalē coplam. Si ɔsns ad cohitād. g̃ mīm. p̄t eē int filiū ⁊ matrē. p̄sūt ē ɔsntire ad cohitad ꝑpetuo. Si ɔsns in cārnalē coplam g̃ n̄ fuit. mīm. int batā. ⁊ gnē. ⁊ ioseph. q̄ bā ugo n̄ ɔsnsit. i car. cō. Vn in euū. q̄ ɔ fi. ⁊ istud q̄m uir n̄ co. i. me n̄ ɔgstatū p pono. Cum sat g̃ uotū ugl'. ⁊ i ɔsnsit i cārnalē. cō. S; d̄r q̄ uotū i reuocatū fuit ꝑ mīm. g̃ ugl. pot cū mīo manē. Mansit ē in bā ugie. g̃ n̄ fuit necc̄ē reuocari uotū ugl. ꝑ mīm. Jt̄ p̄bi q̄ bā ugo ɔsnsit i car. lem cop. q̄ d bē. aug. q̄ beata u. ɔmitte ugl'm suā dō ɔsnsit i car. lem cop. n̄ illā appetend. s; diuinē dispōni obedi. g̃ ex obedientia diuinē dispōnis ɔsnsit i cār. copla. S; s h̃ uir q̄ n̄ sit plenissie ugo. sūi ugo u ginū; plens. Est g̃ ugo illa q̄ integ ē cōꝑe. ⁊ integ mīte. q̄ nllo m ɔsntit. i corruptioē cārnis. q̄ illa q̄ ē ugo cōꝑe ⁊ ɔsntit i cārnalē. cō. Queritū ē iniē ē corupta ē iam. ⁊ d tali dubiū ē an ei debeat aureola. g̃ cū bā ugo ɔsnsit i car. cō. n̄ fuit plenissie ugo. q̄ nefas ē dic. Jt̄ d ierō. q̄ uouitib; ugitatē n̄ solū nubē. s; uttē nubē dampnabile ē. g̃ pccaui mor. bā. ugo. in hoc q̄ uoluit nubē cū ꝑus uouiss; ugitatē. ⁊ h̃ i queies. Solō. ad p̄m. d. q̄ n̄ ɔsnsus ad co hitand̄ n̄ ɔsnsus in cārnalē coplam; ē cā efficiens mīm. S; ɔsnsus i ɔiugalē coplam. ⁊ ɔiugal copla in sta ɔphnd. s. cohitatioē ⁊ cārnalē ⁊ mutuū obsequi. ⁊ mutuā ꝑtātē corꝑis. q̄ uir n̄ h̃t mutuā ꝑtātē sui cōꝑis. si mlr. n̄ eā. Ad l' q̄ obt̄ ē d bā ugie. dicūt q̄dā q̄ ɔsnsit i car. le cō. la sub ɔditioē. si dō ulleꝫ. s; h̃ n̄ ut eē. q̄ istud n̄ quebat absolute. Vn n̄ erat necc̄ē q̄ i hoc ɔsntiret. n̄ absolute n̄ sub ɔditioē. Alii dnt q̄ ɔsntit i carle coplam. i. ɔiugalē. S; h̃ expō ualde extenca ē. ⁊ pp̄ h̃ d q̄ ɔsnsit in ɔiuū cō le la. q̄ gnālr ɔphendit illa. iiii. q̄ p̄ocā sunt. ⁊ q̄ d aug. q̄ ɔsnsit in car le cō la. Vn ē. i. ul. Sic ē ē terre in ul. i. ⁊ ɔsntie in ul. Ɔtm. q̄ ꝑ p̄uita sunt ob edire dō. si p̄cepiss; cohitū ɔiugalē. J hac ē n̄ fiebat aliq̄ p̄iudiciū ugitati. ul' dignitati ugitatis sue. l' uoto. Jtd aūt q̄ d bē ierō. intlligend ē d ill. q̄ p̄t uotū ugitatis ɔsniunt absolute in cārnalē cō. la ⁊ uoluit fr̄ mres. Vn n̄ h̃t loc i bā ugie. Sciend aūt q̄ bāta ugo ex ispiratioē spē sci uotū uouit ugitatis ad q̄ stilitas. seq̄ q̄ sin inspiratioē diuina. n̄ subiceret se maledco legis. In lege ē stit. maledci erat maledictione pene. ⁊ ob pbi. Jt̄ obr̄ d hoc q̄ dcm̄ ē. q̄ ɔsns expssus ꝑ uba d p̄snti ē cā efficiēs mīi. Dic ē alex. i q̄dā decretali. q̄ an cārnalē cō. la l; alti ɔiugū ad religioē; trāsire. postq̄ g̃ q̄ al' intret claustrū. uir q̄ fecet mor. q̄ ɔsentit ꝑ uba d p̄snti in istā. g̃ mīm. ē int illos. s; ꝑ dō in euū. q̄ dr̄ ɔiuxit hō n̄ sepet. s; si sepat. q̄d dr̄ ɔiux. g̃ pcat mor. l' si tenet mīm. g̃ p̄ exie d claustro. ⁊ redie ad ɔiugē. Jt̄ uir q̄ alex pp̄. pccaui. Ɔmmit ē p̄cept dni. ul' coartauit. q̄ n̄ l; ei facē. q̄ n̄ pot mutare p̄cepta legis. ⁊ euāglii. Nō ē eē docēs sicut pātēs hnis. Solus ē os ē docens sic pātē h̃nis. g̃ pcauit ɔstitues illā decretalē. Jt̄. mīm. sigficat ɔiunctioē x̄ ⁊ eccē. s; ɔiunctio x̄ ⁊ eccē ē insepabil'. q̄ d dō nobcū sum usq; ad ɔsūatioē; sctl. g̃ mīm. ē idissolubile. g̃ n̄ dissoluit. mīm. si iste intret religionē. Jt̄ p̄t car lem coplam n̄ lic; isti intrare religioē. ⁊ hoc ē pp̄ uinclm. mīi. S; id ē. mīm. an cārnalē coplam ⁊ p̄t. g̃ an cārnalē cop. la n̄ lic; alti ɔiugū. intrare religioē. Solō ad hec. d. q̄ mīm signat simplr ɔiūctioē x̄ ⁊ eccē. Jn q̄tū uō mīm ē spūale. an carnalē coplam; sigficat ɔiūctioē x̄ ad fidlē aīam. Jn q̄t uō ē ɔsmatū ꝑ carnalē coplam. sigt unionē filii dei ad huānā natām. h̃ aūt ē indissolubil'. q̄ d auctas. Anathi sit q̄ dixit dm̄ dposuisse hoiē; q̄ assūpsit. ⁊ pp̄ h̃ mīm. ɔsmatū ꝑ carnalē cō. la in dissolubil' ē. n̄ ꝑ morte cōpalē. q̄ uō ɔiūctio x̄ ad fidlē aīa; dissolubil' ē. pp̄ h̃ mīm. q̄ ē tm̄ initiatū ⁊ spūale. dissolubile ē. lic; aū

coniunctio viri et uxoris indissolubilis sit simpliciter, tamen dissolubilis est quantum ad opera coniunctionis. Item sicut matrimonium corporale consummatum per carnalem copulam dissolvitur per mortem corporalem, sic matrimonium spirituale, quod est ante carnalem copulam, dissolvitur per mortem spiritualem, scilicet cum alter coniugum transit ad religionem. Tunc enim moritur mundo, et haec est spiritualis mors. Ad primum ergo obiectum dicendum quod ille non facit (?) mundo claustrum ante carnalem copulam, non separat quos deus coniunxit, sed mors spiritualis separat. Ad secundum obiectum dicendum quod Alexander papa non mutavit preceptum domini nec coarctavit, sed quod ius erat declaravit. Magis enim tenetur deo quam homini, et hoc habuit a domino quod, ut dicitur, revocavit beatum Iohannem a nuptiis ad frugem melioris vitae. Ad tertium obiectum dicendum quod quaedam coniunctio viri et uxoris, scilicet illa quae est quantum ad fidem (?), alia indissolubilis est, ut coniugale (?), et non perditur obitu. Ad quartum dicendum quod licet idem sit matrimonium ante carnalem copulam et post, tamen ante est initiatum, spirituale, et post consummatum est corporale, et propter hoc non dissolvitur nisi per mortem corporalem. Item cum aliqui consentiunt in aliquam (?) et econverso, et consensus ille exprimitur per verba de futuro, scilicet cum dicit: accipiam te in meam, et: accipiam te in meum, si postea sequatur carnis copula, iudicatur esse post carnalem copulam matrimonium inter illos. Sed videtur quod non sit ibi matrimonium, quoniam non est ibi consensus per verba de presenti expressus, qui solus causa est efficiens matrimonii. Ergo ibi non est matrimonium. Item huiusmodi carnalis coniunctio saepe fit causa libidinis explendae, ignorantis (?) consensus intimatur (?); ergo ibi non est matrimonium, et ecclesia iudicat ibi esse matrimonium; ergo decipitur, ergo errat, et hoc inconveniens. Et ad hoc dicendum quod cum vir et mulier contrahunt sponsalia dicendo: accipiam te in meam, et bona intentione hoc dicunt, cum est determinata institutio in quo primum erit matrimonium, et carnalis copula sequitur, intelligitur esse determinatio illius futuri. Unde ideo per quam pollicitam (?) consensus expressus per verba de presenti [illegible] est et presens quod prius futurum fuit. Ad secundum dicendum quod licet inter tales non sit matrimonium, ecclesia tamen iudicat ibi esse matrimonium. Supponit enim quod bona intentione contraxerunt sponsalia. Nec ideo potest iudicare ecclesia, nec errat ecclesia, immo bene facit, quod forte est in matrimonio, forte non. Sed quoniam compellit eos simul esse ne dissiparetur matrimonium, sic inter illos iudicat esse matrimonium qui dicunt: accipio te in meum, accipiam te in meam; tamen forte non est in matrimonio, quia forte non consentit in mente, sed tamen profert verba.

Tertio quaeritur utrum matrimonium sit de iure naturali. Circa quod capitulum primo quaeritur utrum antiqui patres qui habuerunt simul plures uxores peccaverunt. Secundo quaeritur utrum matrimonium sit de iure naturali. Tertio quaeritur si simplex fornicatio sit peccatum mortale, et quaeritur si sit contra ius naturale. Circa primum sic obicitur. Dicit Augustinus super Genesim: Obiciunt Iacob quatuor uxores, quia quando mos erat peccatum non erat. Ergo secundum hoc antequam mos esset peccatum erat, ergo erat contra aliquod preceptum. Sed tunc non fuit aliqua lex nisi naturalis; ergo habere plures erat contra ius naturale. Sed mos sine consuetudo non potest esse ius naturale. Ergo quando mos erat

erat peccatum, erat habere plures. Item dicit Augustinus quod habere plures non erat contra preceptum; ergo non erat contra legem aliquam; ergo non erat peccatum, nam ubi non est lex nec praevaricatio. Item excusatur Lamech, qui prius uxorem introduxit bigamiam, et non excusatur a peccato; ergo peccatum fuit habere plures; ergo peccaverunt antiqui patres qui habuerunt plures. Item habere plures aut est malum per se aut non. Si non, ergo etiam nunc non est malum, et hoc falsum. Si est malum per se, ergo semper fuit malum; ergo semper peccatum; ergo semper peccaverunt antiqui patres qui habuerunt plures. Item dicit apostolus quod vir non habet potestatem sui corporis sed mulier, nec econverso. Ergo Iacob non habuit potestatem sui corporis, sed Lya; ergo quandocumque petebat Lya debitum, Iacob tenebatur ei reddere. Similiter quandocumque Rachel petebat, tenebatur ei reddere. Ergo si simul ambae petissent debitum, simul utrique debuit reddere; ergo fuisset perplexus, et hoc inconveniens. Ergo peccatum fuit ei habere plures. Ad idem facit auctoritas apostoli: Nolite fraudare invicem nisi forte ex consensu ad tempus ut vacetis orationi, et iterum revertimini in idipsum. Forte dicetur ad hoc quod ex dispensatione domini licuit antiquis patribus habere plures. Sed probatur quod non, quia dictum est de rege Israel in Deuteronomio: Non habebit uxores plurimas quae alliciant animum eius. Ergo permissum est per legem habere plures, dummodo non alliciant animum. Ergo non fuit necessaria dispensatio ad habendas plures uxores. Solutio. Ad predictorum solutionem sine praeiudicio melioris sententiae dicimus quod de iure naturali est unicam esse unici, et dominus dispensavit secundum exigentiam temporis quod tunc erat cum antiquis patribus quod plures simul haberent. Dispensavit autem quatuor de causis. Prima est propter multitudinem electorum dei, quia in tempore Abrahae, Ysaac et Iacob pauci erant electi dei; fere enim totus mundus ydolatriae subiacebat. Secunda est propter mediocritatem et temperantiam, sicut dicit Augustinus: quando mos erat peccatum non erat, ut mos dicatur non solum propter consuetudinem, sed propter moderatam et temperantiam mediante appetebant antiqui patres coitum, quia solum propter procreationem prolis ad cultum dei. Tertia causa est propter significationem. Modo enim Christus est sponsus ecclesiae fidelium, ex qua ipse generat tamquam ex uxore et sponsa sua, sicut Abraham ex libera, et ecclesiae mercennariorum, ex qua generat filios tamquam ex ancilla, sicut Abraham ex Agar. Unde apostolus: Sive per occasionem sive per veritatem Christus annuntietur, et in hoc gaudeo, quia saepe per mercennarium generantur filii spirituales. Et in figura huius habuit Abraham simul plures: Sarram, quae significat ecclesiam fidelium uxorem, et ancillam Agar, quae significat ecclesiam mercennariorum. Similiter Christus ad similitudinem Iacob est sponsus ecclesiae quadruplicis, scilicet ecclesiae maiorum contemplativorum, et ecclesiae bonorum et iustorum activorum, et est sponsus ecclesiae mercennariorum contemplativorum, et est sponsus mercennariorum activorum. Sicut enim sunt boni contemplativi, sic et mercennarii contemplativi. Unde in evangelio: Duo erunt in lecto uno, unus assumetur et alter relinquetur. Et est sponsus ecclesiae mercennariorum activorum. Ad hoc significandum habuit Iacob quatuor uxores, duas liberas et duas ancillas. Duae ancillae significant duas ecclesias mercennariorum activorum et mercennariorum contemplativorum. Quarta vero Christi sponsa est militantium ecclesiarum particularium.

In figura huius habuit David plures uxores, et Salomon. Unde in Canticis: Sexaginta sunt reginae et octoginta concubinae et adolescentularum non est numerus. Quarta causa est institutio hominum. Naturalis enim ratio dictat modo quod sicut vir non vult quod mulier dividat carnem suam cum alio viro, ita ipse non debet dividere carnem suam cum alia, nisi de auctoritate dei. Debet magis vir quam mulier. Probatio quod plures habere licitum est homini: quod magis debet deo quam uxori. Istis ergo quatuor de causis dispensavit deus cum antiquis patribus quod plures haberent uxores, unde non peccaverunt. Ad primum ergo dicendum quod cum dicitur quod quando mos erat peccatum non erat, non notatur causa, sed ibi pro tempore quo peccatum non erat. Causa enim propter quam peccatum non erat fuit dispensatio divina. Ad secundum dicendum quod habere plures dicitur non fuisse contra preceptum, quia deus dispensavit, et non transgressi (?) sunt preceptum, scilicet quod unica esset unici. Vel dicitur non fuisse contra preceptum, quia non fuit contra intentionem (?) praecepti, quod sicut mulier non debet dividere carnem suam cum multis viris, ita nec vir cum multis mulieribus, nisi auctoritate superiori, scilicet dei. Unde quod ex dispensatione dei habuerunt plures non fuit hoc contra intentionem praecepti. Ad tertium dicendum quod Lamech peccavit, quia non fuit dispensatum cum eo, et ex libidine introduxit bigamiam. Ad quartum obiectum dicendum quod habere plures non est malum per se, sed est malum sicut occidere. Unde sicut ex causa meritorium occidere est, sic habere plures aliquando meritorium fuit ex causa. Ad quintum dicendum quod quamvis unus habuit plures, nulla illarum habuit plenam potestatem corporis eius. Vel si simul petissent debitum, non fuisset perplexus; potuit enim ex causa rationabili alteri reddere et alteri negare. Unde Lya emit concubitum a Rachel cum viro suo per unam noctem pro mandragoris filii sui. Ad ultimum dicendum quod non fuit simpliciter licitum per legem regi habere plures, sed ex dispensatione.

Secundo quaeritur utrum unicam esse unici sit de iure naturali. Probatur quod sic, quia naturalis ratio dictat: ne facias alii quod tibi non vis fieri. Sed non vult vir quod mulier dividat carnem suam cum multis; ergo nec ipse debet dividere carnem suam cum multis mulieribus. Item in hac [illegible] fuit vir et mulier, et sicut dicit Augustinus in Genesi: Faciamus ei adiutorium simile sibi, et in hoc consistit fides quae est unius ad unam (?). Ergo naturalis ratio dictat unam esse unius; ergo est de iure naturali. Item in contrarium sic: Si non est de iure naturali, ergo est de iure positivo; ergo antequam esset institutum ius positivum non erat peccatum habere plures; ergo non peccavit Lamech habendo plures, quod est contra auctoritatem. Si vero [illegible] erat habere plures, hoc non vitium (?) esse [illegible] fuisse peccatum, ex quo non erat [illegible]; per gentiles non est peccatum, quia non habent legem scriptam, de quibus dicit apostolus: Qui sine lege peccaverunt sine lege peribunt. Ergo cum illi non haberent legem nisi naturalem, contra quam non est habere plures, nisi sit eis peccatum concessum (?), ergo non peccant habendo plures. Item quaedam animalia sunt quae servant castitatem, ut [illegible] una sic turtur; quaedam sunt quae magis sunt luxuriosa; et illa quae servant castitatem similiora sunt homini, qui castitatem tenetur servare. Ergo si illa animalia

naturaliter servant castitatem, multo fortius homo tenetur servare castitatem. Unde ergo est de iure naturali unam esse unius. Item [illegible] quod non est de iure naturali, sed propter hoc quod aliquando fuit aliter et sine peccato. Eadem ratione non occidere non est de iure naturali, quia aliquando occidere fuit sine peccato. Item vox omnium est vox naturae. Sed omnes dicunt bonum unicam esse unius; ergo unicam esse unius est vox naturae; ergo est de iure naturali. Sed contra: si est de iure naturali, ergo semper fuit peccatum habere plures, quia contra ius naturale nullus potest dispensare, ergo nec deus, quia non potest facere contra se. Item aliquando licitum fuit et etiam meritorium habere plures; ergo unicam esse unius non est de iure naturali. Item ponatur quod non sint nisi duo viri et infinitae mulieres. Constat quod ius dictabit de humano genere multiplicando, quod propter sunt (?) sicut patet in filiabus Loth. Ergo dictabit eis ratio quod quilibet habeat plures uxores; ergo non est contra ius naturale. Solutio. Ius naturale quoddam est speciale, quoddam universale, quoddam universalissimum. Istud est universalissimum quod est in omnibus rebus, scilicet concordia omnium rerum, et de tali iustitia naturali agit Plato in Thymeo: unum elementum non potest esse sine alio. Unde et dicit Augustinus: Iudicium divinae largitatis est quod quaelibet creatura compellitur dare se ipsam. Ius naturale universale est quod natura omnia animalia docuit. Ius naturale speciale est quod dictat naturalis ratio, et tale ius est in solis rationabilibus creaturis, et de tali iure speciali est matrimonium quantum ad fidem quam debent habere ad invicem vir et uxor, et haec fides exigit quod una sit unius. Unde unam esse unius est de iure naturali speciali, sed aliud est in matrimonio, scilicet coniunctio maris et feminae, quod est de iure naturali. Ad primum ergo dicendum quod deus non dispensavit contra ius naturale quantum ad essentiam virtutis, scilicet castitatem, sed quantum ad opera. Virtus enim immutabilis est, sed opera mutabilia sunt. Sub hac praecepti forma fuit ut vir non dividat carnem suam cum multis, salva tamen auctoritate superioris, scilicet dei. Unde vir debet fidelitatem uxori salva fidelitate dei. Magis enim tenetur deo quam uxori; tamen propter hoc ex dispensatione dei potest habere plures. Per hoc patet solutio ad secundum, et per hoc patet quod non occidere est de iure naturali; tamen ex praecepto domini aliquando meritorie occiditur. Ad ultimum dicendum quod propter positionem illam non oportet ius naturale mutari. Non enim vir debet dimittere fidelitatem illam quam debet uxori suae, nisi ex dispensatione divina. Nec illa positio contingit, quia sic ordinavit deus ut plures sint mares quam feminae, quia deus in maribus voluit esse quosdam rectores, ut doctores, qui significantur per Noe, quosdam virgines, qui significantur per Danielem, quosdam coniugatos, qui significantur per Iob. Sed si poneretur quod una mulier per dispensationem potuit plures habere viros, quia si propter multiplicandum populum dei dispensatum est aliquando cum viro ut haberet plures, eadem ratione dispensari potuit cum muliere ut plures haberet, si ille quem habebat non poterat generare vel propter frigiditatem vel propter aliam causam, et mulier voluit fecunda esse ne subiaceret maledictioni legis. Erat enim maledicta in lege sterilis. Ergo qua ratione licitum erat in lege unum habere plures, licitum fuit unam habere plures. Ad hoc dicendum quod unicam esse unius est de iure naturali, et multas causas quas assignat Augustinus in libro de bono coniugali

gii. ipsa est dignitas sexus, quia vir est caput mulieris, et non econverso. Unde magis dispensandum fuit cum viro quam cum muliere. Secunda est pacifice ordo domini, quia magis pacifice unus dominatur pluribus quam duo uni. Si autem una haberet plures viros, duo vel plures dominarentur uni. Tertia est fecunditas, quia unus vir plus potest fecundare quam tres mulieres vel viri plures (?). Unde dicit Augustinus quod si una mulier haberet duos, cum alter sufficiat cum fecunditate, aliquis haberet pro libidine. Unde potius dicenda esset meretrix quam uxor. Quarta causa est propter sacramentum. Est enim matrimonium sacramentum spiritualis coniugii, in quo non est nisi unus sponsus, scilicet Christus. Unde dicit Augustinus quod matrimonium ita in ecclesia confirmatum est, ut non liceat viro praeter illam cum ipsa vivat fecundioris firma accipere non tenere (?); quod praedicata ratio, quae praedicit ac supplex esset totum bonum matrimonii, quod non est verum.

Tertio capitulo quaeritur utrum fornicatio simplex sit peccatum mortale, et esse videtur naturale, per hoc quod Abraham eiecit Agar: si non eiecisset eam, si fuisset uxor eius, quia matrimonium individuam vitae retinet consuetudinem. Ergo non fuit uxor eius, et cognovit eam sine peccato. Ergo simplex fornicatio non est peccatum mortale. Item cum aliquis solutus cognoscit solutam, tamen nulli iniuriatur, praeter quod non iniuriatur homini, Deo non iniuriatur, immo multiplicatur eius (?), ergo non peccat. Ille ergo non peccat qui sic naturaliter cognoscit solutam; et sic simplex fornicatio non est ad minus peccatum mortale. Item non dictat naturalis ratio quod ab illa quam cognovit numquam debeat separari. Ergo separando se ab illa non facit contra naturam, nec cognoscendo aliam facit contra naturam, quia coniunctio maris et feminae naturalis est. Ergo cognoscere non est contra naturam. Ergo simplex fornicatio non est contra ius naturale, et non est peccatum mortale. Quod si concedatur: ergo coire cum ista soluta non est peccatum, similiter coire cum illa, similiter cum alia; ergo habere plures non est malum in se, sed tantum malum quia prohibitum est. Si aliquis dominus praeciperet alicui servo suo quod faciat hoc in illa hora, et ipse immemor illius praecepti non faciat illud in illa hora, faceret autem sine dubio si memor esset praecepti, dominus sciens veritatem non imputat ei ad peccatum. Ergo si aliquis committit simplicem fornicationem ad quem non pervenit prohibitio, quia nullo modo faceret si sciret esse prohibitum, deus non debet ei imputare ad peccatum. Ergo aliquis fornicatur qui non peccat, quod est inconveniens concedere. Item si fornicari non sit malum in se, ut in decretis habetur prohibitum, quia fere totus mundus perit propter simplicem fornicationem. Item si simplex fornicatio non esset peccatum, dissiparentur omnia bona matrimonii. Relinquitur ergo quod simplex fornicatio sit peccatum mortale. Quod concedimus, et dicimus quod ipsa est contra ius naturale speciale, quia sicut Augustinus (?) ... quod propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una. Ut in matrimonium habeant coniugia. Unde habetis ostendere (?) exemplum mulieris de

solum

paradiso, in quo institutum est matrimonium, habetis exemplar quod illius matrimonii de quo dictum est: propter hoc relinquet homo patrem et matrem. Dictat naturalis ratio propter continentem (?) cohabitationis cum uxore. Unde est quod pertinentes habent quandam legem naturalem ut tueantur (?) ... quod homo quod propinquior est castitati, propter hoc de substantia matrimonii est individualitas, scilicet pactio coniugii de non separando. Dictat naturalis ratio quod non cognoscat aliquam nisi cum plus (?) et non intercedat pactum coniugale propter vehementem amorem, quo delinquentium (?) ... Ergo fornicatio simplex est contra ius naturale, id est contra id quod naturalis ratio dictat. Unde est peccatum mortale. Ad primum ergo dicimus quod Agar fuit uxor Abrahae, si electa fuerit non solum ex praecepto Sarae, sed ex praecepto domini qui iussit (?) Abraham, cum deinde est eicere ancillam et filium eius. Non enim heres erit filius ancillae cum filio liberae. Ad secundum dicimus quod fornicatio contra naturale vetitum est, et non ex libero est, et propter hoc qui fornicatur polluit corpus suum, et facit ipsum templum diaboli, cum debeat esse templum dei, et sic expellit deum de templo suo. Unde iniuriatur deo. Ad tertium dicimus quod coniunctio maris et feminae naturalis est, magis coniunctio animalium, scilicet non animalium rationalium. Ad ultimum dicimus quod naturalis ratio dictat individuitatem quae est in matrimonio, sic peccatum est.

Quarto capitulo dicendum est de bonis matrimonii. Circa quod primo videndum est quae sint bona matrimonii. Secundo utrum bona matrimonii excusent coitum coniugalem ab omni peccato. Tertio de libello repudii, utrum fuerit contra ius bonum matrimonii. Dicit Augustinus in libro de bono coniugii quod tria sunt, scilicet bonum prolis, fides et sacramentum. Fides, id est fidelitas, quae duplex est. Una fidelitas ut neuter coniugum transeat ad alia vota vel alii commisceatur. Secunda fidelitas est, scilicet ut uterque reddat alii debitum. Bonum prolis est ipsa proles, per quod religiose educatur ad cultum dei. In matrimonio est fidelium et falsorum (?), vero mores eorum plures sunt non boni prolis. Bonum prolis est ut dicit Augustinus ut congeniti sint filii saeculi, generent filii lucis. Sed non generant in quantum filii saeculi, et propter hoc non generant filios dei. Sed filii saeculi per religiosam educationem fiunt filii lucis. Tertium bonum matrimonii est sacramentum, super expositum. Si ergo matrimonium signat coniunctionem Christi et ecclesiae, et propter hoc inseparabilitas est in matrimonio. Non tamen tertium bonum est ipsa inseparabilitas, ut multi dicunt. Sed de hoc tertio bono obicitur: quia aut sit sacramentum aut est idem sacramentum quod matrimonium aut aliud. Si aliud, ergo in matrimonio sunt duo sacramenta. Si idem, ergo idem est bonum sui quod est in (?). Solutio. Haec quidem non ita: Tertium bonum matrimonii est sacramentum. Hoc est propter illud tamen bonum, quia vel idem quod matrimonium, vel alio sacramentum, quia matrimonium est sacramentum. Hoc est propter illud tertium bonum, et ubi unum propter aliud non recipit in istis diversitatem. Constantia homo est imago dei, quod vel eadem essentia vel alia, et tamen quia fit (?) quia homo est imago dei

filii saeculi

Super textum (?)

Secundo quaeritur utrum ista bona matrimonii excusent coitum coniugalem ab omni peccato. Et videtur quod non, quia dicit Ieronimus (?): Ille qui dormierit de nocte cum uxore sua, non lotus aqua intret ecclesiam. Si intrare ecclesiam non prohiberet nisi propter peccatum, ergo dormire cum uxore sua est peccatum. Item ipse dicit alias quod coitus coniugalis non potest fieri sine peccato. Item apostolus de matrimonio: Haec autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Sed ubi non est peccatum non est opus indulgentia. Ergo in coitu coniugali est peccatum, cum ibi sit indulgentia. Item sicut dicit quod in coitu carnali homo totus fit caro. Ergo absorbet rationem. Si non absorbet nisi per peccatum, ergo in omni carnali coitu est peccatum. Dicit enim Origenes quod in coitu carnali non est spiritus sanctus in prophetis. Si non recedit spiritus nisi per peccatum, ergo in coitu coniugali est peccatum. Item in omni coniugali coitu est erubescentia. Sed secundum est Zacharias non cognovisset sanctam Elisabeth in conspectu hominum, ad quem incedens praesentia domini, ergo cum erubescentia non sit nisi de peccato, in omni coitu est peccatum. Sed contra. Dicit beatus Augustinus quod coitus cum propria uxore quando fit tantum causa prolis non habet culpam, et coitus qui fit cum propria uxore causa libidinis culpam habet. Item dicit ibi: Infirmitas carnis excipit per bonum matrimonii ne cadat in foveam peccati. Item aliquis cognoscens uxorem reddit ei debitum; hic cognoscere est reddere debitum. Sed reddere debitum est opus iustitiae. Ergo aliquod cognoscere opus est iustitiae. Ergo non est ideo peccatum. Solutio. Quatuor de causis finalibus cognoscitur propria uxor. Propter cognoscere causa prolis, propter cognoscere ut reddat debitum, propter cognoscere causa vitandae incontinentiae, propter cognoscere causa libidinis ut delectetur. Tribus de causis primis cognoscere propriam uxorem nullum peccatum est, nec mortale nec veniale, nec aliud addatur. Immo cognoscere uxorem tribus de causis praedictis esse meritorium, si ex caritate fiat. Caritas est ordinatrix (?) malum. Unde si habens caritatem ex caritate fugiat incontinentiam, quia ipse odit incontinentiam, et propter hoc cohabeat cum uxore sua ut vitet incontinentiam, talis coitus meritorius est et non est peccatum aliquo modo. Si vero non fit ex caritate, indifferens est. Potest et esse mortale peccatum respiciendo aliud finem ulteriorem, ut scilicet nutriat proles ad pompam saeculi, vel ad alia peccata. Concubitus autem qui fit propter delectationem aliquando est veniale, aliquando mortale peccatum. Veniale quando fit intra matrimonialem, scilicet quando vir vult delectari in propria muliere, sed nullo modo delectaretur nisi sua esset. Talis concubitus est veniale peccatum quod non praeponit deo. Et de hoc loquitur auctoritas Augustini: Infirmitas carnis excipit per bonum matrimonii ne cadat in foveam peccati mortalis. Si vero concubitus ille sit brutalis, id est si adeo impetuose moveatur in uxorem quod si non esset sua, illam cognosceret, peccatum mortale est, et de hoc loquitur auctoritas: Vehemens amator uxoris propriae adulter est. Item notandum est quod concubitus coniugalis qui est in caritate aliquando est cum peccato veniali, aliquando sine omni peccato. Cum veniali est quando aliquis vir sanctus ex caritate cognoscit uxorem suam, et aliquantulum placet ei delectatio quae ibi fit, sicut praedicatio apostolorum quae erat ex caritate aliquando fuit cum peccato veniali, scilicet cum placuit in aliis gloriae. Si vero aliquis vir sanctus cognoscit ex caritate uxorem suam

et nullo modo placet ei delectatio quae ibi est, immo odiosa sit ei, tunc ille concubitus est sine omni peccato. Sed hic raro contingit. Dicimus ergo quod non omnis concubitus coniugalis est mortale peccatum vel cum (?) ..., et ad auctoritatem Gregorii dicimus quod Gregorius dicit hoc propter decentiam. Decens enim est et honestum ut lavet vir se propter coitum, et propter bonarum mentium est ibi culpam cognoscere ubi culpa non est, et quia concubitus coniugalis raro fit sine peccato. Ita auctoritatem sic exponimus: Concubitus coniugalis ipsis sine culpa, id est vix potest. Ad tertium dicimus quod duplex est indulgentia, scilicet concessionis et permissionis. Indulgentia concessionis est de minoribus, scilicet de bonis minoribus, et sic sumitur apostolus indulgentiam, quia minus bonum est castitas coniugalis quam virginalis. Indulgentia permissionis de malo, sicut patebit in libello repudii. Ad quartum dicimus quod in opere illo dicitur totus homo fit caro, quia propter nimiam delectationem quae ibi est tantum habet sensualitas rationem, ita ut ratio ibi usum vel sui delectationis non habeat. Sed propter hoc non est ibi peccatum. Saepe enim ratio non cogitat de divinis, nec tamen peccat. Similiter prophetae in opere illo non habent usum prophetiae, nec tamen est peccatum. Ad ultimum dicimus quod haec est falsa: Erubescentia non est nisi de peccato. Immo sicut timor est figura rei nocivae, ita erubescentia est figura rei indecentis. Res autem indecens est peccatum aut sequela peccati. Erubescentia est in coitu coniugali propter sequelam peccati, scilicet propter inordinatum motum membrorum genitalium, quia enim homo non obedivit suo superiori, tantum est ut ei non obediat suum inferius. Est ergo erubescentia propter inordinatum motum, quod fit velit nolit ratio, et est sequela peccati, et incitat ipsum ad peccatum. Sed esse potest. Nituntur quidam probare quod in omni coitu coniugali sit peccatum, quia in omni coitu coniugali sit libido, et omnis libido peccatum, ergo etc. Item in omni coitu coniugali est delectatio carnalis quae movet ad illicitum, quod probatur per id quod dicit apostolus: Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae. Si lex membrorum non repugnat legi mentis, non quia delectatio carnis movet ad illicitum. Ergo delectatio carnis cum moveat ad illicitum est illicita. Ergo est malum et est peccatum. Ergo in omni coitu coniugali est peccatum. Item illa delectatio quae est in coitu coniugali est inordinata et immoderata. Ergo est privatio modi, speciei, ordinis. Sed malum, ut dicit Augustinus, nihil aliud est quam privatio modi, speciei vel ordinis. Ergo illa delectatio est malum, ergo est peccatum. Item illa delectatione carnali delectatur iste in uxore sua propter se tantum, non propter deum, quia sua sensualitas non respicit deum. Ergo illa delectatione carnali fruitur iste homo. Carnalia si fruitur carnali, est totum et solum malum hominis, ut dicit Augustinus. Ergo illa delectatio carnalis est malum et ita peccatum. Sed dicimus quod ibi non est fruitio, quia illa delectatio non est voluntaria. Probatur quod est voluntaria: quia tangere uxorem suam voluntarium, ergo tangere illo suo cognoscere est voluntarium. Sed illo tangere est delectari vel delectabile. Ergo delectari est voluntarium. Probatur quod non est voluntaria illa delectatio. Si dicatur quod illa non est voluntaria, cum quod delectatur velit nolit. Iste enim quod cognoscit.

voluntas q (?)

Ad primum obiectum dicendum quod non est simile de corpore humano et de serpente, quia corpus humanum naturaliter non generatur nisi per decisionem seminis. Alia vero aliter fiunt, sicut cooneas ex sola putredine ligni, et bibiones ex sola exalatione vini. Quedam etiam exitu, ut aranee et bufones et serpentes, propter hoc patet quod non est simile. Ad secundum obiectum dicendum quod in resurrectione corporum duplex erit coniunctio: una actionis vel passionis, quia deus faciet in resurrectione corporum, et illa erit miraculosa. Alia erit coniunctio que erit relatio media inter partes coniunctas, et illa erit naturalis, sicut in ceco illuminato a domino visus habitus fuit miraculosus, sed visus actus fuit naturalis. Distinguendum est ergo secundum hoc: eadem coniunctio erit et que modo. Si intelligatur de coniunctione relatione, vera est, sed illa non erit resurrectio, sed consequens ad resurrectionem. Si de coniunctione actionis et passionis, falsa est, quia solus deus ministerio angelorum faciet illam que erit; hanc autem que est vel que fuit fecit natura. Ad tertium dicendum videtur per hoc quod resurrectio sit naturalis, quia dicitur in psalmo: Dabit voci sue vocem virtutis, id est vocem suam, scilicet vocem archangeli et vocem tube faciet virtuosam, ex virtute cuius illius vocis resuscitabuntur corpora. Ergo resurrectio corporum erit ex virtute similiter. Ergo erit naturalis. Si dicatur quod non erit naturalis, quia virtus illa dabitur ex sola voluntate dei illi voci, hoc non est solido, quia motus firmamenti naturalis est, tamen virtus qua movetur ipsum est ex sola voluntate dei. Item dicit Damascenus: Si mors hominis est separatio corporis et anime, resurrectio est iterata eorum secunda coniunctio corporis et anime. Sed iterata coniunctio corporis erit naturalis, quod probatur, quia anima naturaliter appetit corpus. Unde in Apocalypsi: Clamant sancti: Usquequo domine non vindicas sanguinem nostrum. Hoc autem non clamant nisi propter gaudium quod habituri sunt de vindicatione, sed quia desiderant stolam corporis. Ergo naturaliter anima appetit corpus, et naturaliter corpus appetit animam tamquam perfectionem suam. Ergo coniunctio anime ad corpus erit ex mutuo appetitu illorum. Ergo illa coniunctio erit naturalis. Sed illa secunda coniunctio erit resurrectio. Ergo resurrectio erit naturalis. Si dicatur quod illa secunda coniunctio non erit naturalis, quia erit per solam operationem dei, et hoc non est solido, quia in primis corporibus, ut in sole et luna, coniunctio materie et forme est naturalis, et tamen est per solam operationem dei. Item quelibet res naturaliter appetit suam perfectionem. Unde apostolus: Omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc. Sol et luna et celum quod servivit homini expectant remunerationem famuli sui. Si resurrectio corporum erit perfectio ipsorum, ergo naturaliter appetunt resurrectionem. Ergo resurrectio erit ex naturali appetitu. Ergo erit naturalis. Item solum obicitur de pluviis: nec ex quibuslibet pluviis reparabitur corpus, sed ex his pluviis. Sed non est ratio quare potius ex hac pluvia quam ex alia, nisi quia in hac pluvia est naturalis appetitus quo appetunt hanc animam. Ergo ex naturali appetitu corporis et anime coniunguntur, et cetera ut prius. Solutio. Ad primum obiectum dicendum quod tripliciter dat deus potentiam. Primo dat aliquam potentiam ad esse rei, ut habitum esse, et tam illa potentia quam eius actus dicitur naturalis. Secundo dat potentiam aliquam ad reparationem nature, sicut in ceco illuminato, et tunc potentia est miraculosa et actus naturalis. Tertio dat potentiam aliquam ad aliquem actum supra naturam existendo, et tunc potentia miraculosa et actus miraculosus, sicut dedit beate virgini potentiam generativam, et illa potentia fuit miraculosa et actus eius similiter miraculosus. Similiter dominus quod virtus vocis ex qua resurgent corpora miraculosa erit et actus eius similiter, quia dabit ad actum supra naturam existendo. Ad secundum obiectum dicendum quod coniunctio anime et corporis erit naturalis loquendo naturaliter. Iuxta est (*marg.:* est) et naturalis obedientia, qua deus de illa potest facere quod vult, sicut dicit Augustinus quod in costa Ade erat ut de ea posset fieri mulier, sed non ut ex ea fieret. Ibi est potentia naturalis fuit passiva, sed non potentia fuit sive activa. Coniunctio ergo secunda anime et corporis non erit sicut fiebat, quia in anima et corpore non erit causa fiendi, ratione cuius secundo coniugantur. Verumtamen si ipsa coniunctio per se sit naturalis, tamen quia causa activa erit miraculosa, et resurrectio erit miraculosa, quia resurrectio est nata coniunctio (*marg.:* erit) magis quam relata. Sciendum tamen quod damnati loquitur de resurrectione hominis, cum dicit quod resurrectio est iterata coniunctio corporis et anime. Sed resurrectio corporis est reformatio eius ex pluviis. Sic dicit apostolus: Salvatorem expectamus qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue, propter peccata precisa solo. Ad tertium et quartum obiectum. Sicut est factio mulieris ex costa non fuit naturalis, licet in costa esset naturalis obedientia quod ex ipsa potuit fieri mulier, similiter resurrectio corporum non erit naturalis, licet in ipsis pluviis sit naturalis obedientia quod ex ipsis potuerunt reformari corpora. Non est autem prosequendo error quorundam philosophorum qui posuerunt resurrectionem sive reparationem hominum corporum nimium fore naturalem. Dixerunt enim quod post magnum annum, id est quindecim milia annorum (*marg.:* milia), revolveretur firmamentum et nascerentur(?) in eo magno anno idem homines numero et eadem anima numero que fuerunt in primo magno anno. Appellatur autem magnus annus revolutio supercelestium corporum a puncto in quo certa fuerunt ad idem punctum, quod non fit nisi in multis annorum milibus, et cum terminatur erit primus magnus annus, incipiet secundus, et erit ut ipsi dixerunt idem motus supercelestium corporum qui prius fuit, et eedem generationes, et eadem generata numero que fuerunt in principio magni anni, ut idem Adam numero, idem Abel numero, et sic de aliis. Sed hoc est manifeste contra fidem et contra totam sacram scripturam et improbari potest de facili per rationem. Illud enim quod erat in

fine magni anni generabit illos qui erunt in principio sequentis anni, ac sic generabit Adam, sic demonstravit ille. Iste generabit Adam aut de necessitate aut non de necessitate. Si de necessitate, et cetera, et alii generabunt alios de necessitate, et si de necessitate omnia evenient, perit ergo causa, perit liberum arbitrium quod est inconveniens omni rationi. Si vero iste non de necessitate generabit Adam, potest ergo contingere quod non generet et sic poterit contingere quod Adam non erit in secundo magno anno. Secundo tamen de alius hominis et mali potest contingere. Ergo potest contingere quod non boni nec mali resurgant vel resurgetur. Ergo potest contingere quod deus non reddet hominibus premia neque malis penas, et sic peribit iustitia divina. Multis etiam aliis modis possit improbari error iste quibus supersedemus. Quod autem quod resurrectio non potest esse naturalis propter hanc causam patet, quia resurrectio fiet in momento in ictu oculi. Natura vero operatur successive. Secunda est quia in resurrectione fiet corpus immortale et fulgidum, quia fulgebunt iusti sicut sol. Natura vero non potest talia facere. Tertia est quia idem corpus numero resurget, sicut dicit Iob: Quem visurus sum ego ipse et non alius. Natura vero non facit idem corpus numero, sed specie conservat eius speciem per individuorum multiplicationem.

Queritur tricesimum capitulum.

Queritur utrum veritas humane nature tota et sola resurget. Sed hoc duplex est opinio. Dicunt enim quidam quod illud solum quod decisum est ab Adam est veritas humane nature, et hoc voluit habere ab auctoritate domini dicentis in evangelio: Omne quod in os intrat in ventrem vadit et in secessum emittitur. Unde dicunt quod de nutrimento sit de veritate humane nature. Sed solum quod decisum est ab Adam remanet veritas humane nature, sed per irrigationem et fomentum nutrimenti, non per unionem propagatur et dilatatur in se, et in hac opinione fuit magister in Sententiis. Sed contra hanc opinionem obicitur. Cum pater generat filium per decisionem, illud quod decisum est erat de veritate humane nature patris. Ergo non remanet in patre tota veritas humane nature quod prius ibi erat. Ergo cum pars (*marg.:* idem) non sit cum toto, non est in patre eadem veritas humane nature que prius erat. Ergo non habet eandem naturam humanam quam prius habebat. Ergo non est idem homo qui prius, et hoc manifeste falsum. Item quicumque consideratur(?) est, quod quecumque naturaliter dilatantur, aut per rarefactionem dilatantur, aut per additionem. Sed veritas humane nature dilatatur. Ergo aut per rarefactionem aut per additionem. Non primo modo, quia tunc esset corpus pueri quam corpus iuvenis. Ergo per additionem dilatatur. Ergo aliquid de nutrimento transit in veritatem humane nature. Item si non transiret, nulla scientia est medicorum qui dicunt quod aliquid de nutrimento transubstantiatur in corpus humanum. Inconveniens autem est dicere medicinam non esse scientiam, cum dicatur medicina ad deum, ut habetur in Ecclesiastico: Honora medicum propter necessitatem, et est scientia creavit Altissimus. Alii sunt qui dicunt quod non solum quod decisum est ab Adam est veritas humane nature, immo aliquid de nutrimento transit in veritatem humane nature. Sed contra obicitur istam opinionem: cum pater generat filium, semen quod decisum est aut erat prius de veritate humane nature in patre aut non. Si erat, ergo pater modo non habet eandem veritatem humane nature quam prius habebat, et cum non ut prius. Si vero semen quod decisum est non erat de veritate humane nature in patre, ergo semen quod decisum est non est de veritate humane nature in filio. Ergo non facit quod quicquid de nutrimento fit de veritate humane nature, ergo non est vere homo qui genitus est. Item aut semen solum quod decisum est est de veritate humane nature, aut non semen solum. Si semen solum, redit prior opinio. Si non semen solum, ergo quod additur de nutrimento fit de veritate humane nature. Si tota veritas humane nature resurget, ergo quicquid est additum humane nature de nutrimento resurget. Ergo iste longo latior quam longior. Resurget ergo capilli in longitudine unius diete, et ita resurget iste in maxima deformitate, quod est inconveniens. Item dicit Augustinus in xxi De civitate dei, quod si aliqui confecti fame cogantur comedere carnes humanas, non resurget illa caro in ipso non fit de veritate humane nature istius hominis quod aliunde mutata est, et ideo non alia caro fit de veritate humane nature istius hominis quod aliunde mutata est, et non additur de nutrimento humane nature. Solutio dicendum quod non semen solum quod decisum est ab Adam est de veritate humane nature. Et ad auctoritatem domini solvunt multi dicentes quod omne quod in os intrat in ventrem vadit et in secessum emittitur, id est de quolibet ad non est dictum totum, sed omne, et similiter duobus maxima pars per secessum emittitur et parum quod de nutrimento addit veritati humane nature. Ad illud quod queritur utrum illud quod decisum est esset prius de veritate humane nature patris dicendum quod sic, et dicendum quod nihilominus habet pater idem hominem eandem veritatem humane nature quam prius habuit. Ergo non est vere idem homo qui prius, quia idem homo dicitur ab identitate anime, que est forma et perfectio hominis. Unde tamen habet veritatem humane nature, sed non modo aliter. Cum autem dicit Augustinus quod veritas humane nature resurget, loquitur de veritate humane nature quantum ad materiam, scilicet de veritate carnis. Et sic autem ad secundum obiectum solvendo est dicendum propter, et ad ultimum obiectum dicendum quod non est simile de carne humana et de aliis carnibus, quia carnes alie sunt nutrimentum quod debent homini. Sed caro humana non debetur ei pro nutrimento (*marg.:* pro nutrimento) ferarum est esse, quia comedent homines, non hominum. Unde caro humana non transit in veritatem humane nature alterius hominis, sed alia caro bene transit. Ad evidentiam autem solutionis omnium predictarum obiectionum notandum est quod quantum ad corpus aliquod dicitur esse de veritate humane nature quattuor modis. Primo quantum ad esse sicut caput et cor et cetera principalia membra sine quibus non potest esse homo. Sunt de veritate humane nature quantum ad esse. Secundo modo dicitur ad esse de veritate humane nature quantum ad bonum et integrum esse, sicut ut visus, auditus, pedes et manus. Sine his potest esse homo, sed non habet bonum et integrum esse. Tertio modo dicitur quod aliquid est de perfectione humane nature quantum ad perfectionem humane nature, et hoc modo nutrimentum fit de veritate humane nature. Puer enim nascitur perfectus homo quantum ad esse et quantum ad bonum et integrum esse, habet enim visum, auditum et cetera membra organica, quorum aptus est exercere operationes. Sed non est aptus adhuc uti potentiis suis perfecte, perficitur autem potentiis suis perfecte per additionem nutrimenti quantum ad quantitatem et vires et usum potentiarum. Unde nutrimentum transubstantiatum est de veritate humane nature quantum ad hanc perfectionem. Sed non

hanc. non est eadem veritas humane nature que prius, quia non est idem homo qui prius. Si est excedere aliquis vel truncatus esset pedibus vel manibus, non manet eadem veritas humane nature quantum ad bonum et integritatem esse, in animo tamen idem homo. Similiter si aliquid de nutrimento amittatur, non manet eadem veritas humane nature. Tertio modo manet tamen idem homo de tali veritate humane nature. Ad evidentiam cum generat pater filium, que erat in patre materialiter, non formaliter, sicut nutrimentum cum factum fuerit de veritate humane nature transit materialiter et potentialiter et virtute, sed non formaliter vel secundum formam quam prius habebat. Licet autem quod conversum est fuerit in patre de veritate humane nature tertio modo, tamen est in filio de veritate humane nature primo modo. Unde resurget in filio et non in patre. Quarto modo dicitur aliquid de veritate humane nature, non quantum ad essentiam, sicut ungues et capilli ad decentiam et ornatum sunt. Licet enim capilli non sint tantum ad ornatum, sed etiam ad protectionem capitis a caumate et frigore, tamen in futuro erunt tantum ad ornatum. Resurget autem quicquid est de veritate humane nature primo modo et secundo et quarto. Sed non resurget quicquid fuerit futurum de veritate humane nature tertio modo. Et per hoc solvitur obiectio superius facta de inconvenientia resurgentium, in dicens quod si tota veritas humane nature resurget, cum nutrimentum fiat de veritate humane nature, resurgeret homo in nimia latitudine et in magna difformitate. Solutio est per distinctionem huius vel interpretationem: tota veritas humane nature resurget, non est tota veritas humane nature tertio modo resurget. Immo superflua detrahentur, et ideo dicit Augustinus in libro de civitate dei: habet omnipotentia divina quod suppleat in humano corpore si minus est, et habet quod detrahat ubi amplius est. Omnes enim occurremus, ait apostolus, in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi. Unde ille qui mortuus puer resurget in ea quantitate quam habiturus esset si pervenisset ad etatem, scilicet ad xxx annos vel circa. Unde sicut dominus multiplicavit v panes in deserto sine additione extrinseca, sic multiplicabit sine aliqua additione materiam corporis eius qui puer mortuus est, ut fiat tantum corpus quantum futurum erat si pervenisset ad etatem Christi, et supplebitur quod minus est. Similiter et detrahetur quod amplius est. Aliquis enim nimis sumit de nutrimentis et multa fiunt de veritate humane nature tertio modo quam si sufficienter, si moderate sumeret cibum. Illa superflua detrahentur, et generaliter est verum, ut dicit Augustinus, quod detrahentur vitia et remanebit natura. Vitium autem est quicquid fuerit de nutrimento ultra veram perfectionem et equalem sustentationem. Hoc autem intelligendum est in corporibus glorificatis. Sed obicitur sic: quando homo simul pervenit ad etatem Christi, iusto non resurget non quod fuit de veritate humane nature ei. Non ergo addetur ei, ergo non addetur naso eius, ergo resurget simus, sicut et nunc est, ergo resurget deformis. Quod est inconveniens, posito quod resurgat gloriosus. Ad hoc solvit Augustinus dicens quod sicut in statua contingit quod cum ipsa tota funditur, quod prius erat de pede fit de manu vel capite, sic in resurrectione quod prius erat de pede fit de naso vel capite. Non resurget ergo ille in simitate, quia naso addetur aliunde. Sed secundum hoc videtur quod sicut tota statua

reparatur, ita totum quod de veritate fuit humane nature in illo resurget, et ita videtur quod resurget in magna difformitate. Item per hoc non erit idem nasus in isto qui prius, quia ad ei additum est, et totum non est idem cum parte. [illegible] non erit eadem manus, non idem pes, et sic non erit idem corpus numero. Item capilli, ut dictum est, de superfluitate sunt. Sed nihil superfluum resurget, ergo capilli non resurgent. Contra dicit dominus in evangelio: Capillus de capite vestro non peribit. Solutio. Ad primum dicendum quod statua partim est similis, partim dissimilis. Similis in hoc quod sicut in statua quod prius erat de pede fit de naso vel capite, in corpore resurgente. Dissimilis autem in hoc quia non est eadem statua numero que prius erat, sed idem corpus numero resurget quod prius fuit, et dissimile. Item in hoc quia non est de intentione sua de necessitate quod illud quod erat prius de pede statue fiat modo de naso. Immo hoc est a casu. Sed de intentione divini reparantis est quod illud quod erat prius de pede fiat de naso vel capite. Ad secundum obiectum dicendum quod idem est nasus simpliciter qui prius erat. Sed non est idem [illegible] quia secundum materiam non iudicabitur identitas vel diversitas sed secundum formam. Ad ultimum obiectum dicendum quod capilli non sunt de superfluitate. Immo sunt de fimo residuo ex triplici digestione, unde sunt de materia corporis humani. Sunt autem ad ornatum hominis exterioris, sicut capilli anime, id est bone cogitationes, sunt ad ornatum anime. Habet enim homo interior sicut et alia, visum suum, auditum suum, et sic de aliis. Unde in Luca: Dives qui sepultus est in inferno legitur habere linguam, non linguam corporis, sed linguam mentis. Concedo autem quod superexcrescentia capillorum et unguium de superfluitate est et de vitio nature. Nisi enim peccasset homo, crevissent capilli eius et ungues usque ad determinatam quantitatem, et non ultra, sicut stant ungues in leonibus et aliis quibusdam animalibus. Dicendum ergo quod resurgent corpora gloriosa perfecta quantum ad esse et quantum ad bonum et integritatem esse, et in ea perfectione et decentia quam habitura erant sine peccato hominis. Quod totum ostenditur in auctoritate ista apostoli: resurgemus in mensuram etatis, ecce debita perfectio; plenitudinis, ecce bonitas et integritas; Christi, ecce decentia. Detrahentur enim vitia et supplebitur natura. Unde si nanitas que est in nano est ex vitio nature, non erit aliquis nanus in patria. Si vero non est ex vitio nature, poterit ibi esse aliquis nanus, si hoc non erat ei indecens. Sed quando obicitur: ex pluribus hominibus resolutum est corpus humanum, restaurabitur in resurrectione, et non ex pluribus corporibus petri restaurabitur corpus pauli, sed ex pluribus corporis petri partibus restaurabitur corpus petri, ut sit idem numero quod prius fuit. Sed sicut se habet totum ad totum, sic pars ad partem. Sed si ex totali plurium parte restaurabitur totale corpus, ex pluribus partibus partes restaurabuntur. Pars ergo plurium nasi sic ita nulla fit adiectio, et hoc est esse [illegible]. Ad hoc dicendum quod hec propositio: sicut se habet totum ad totum, sic pars ad partem, generaliter intelligatur. Vera est quod ex totali plurium potest restaurari totale corpus idem numero quantum ad materiam et quantum ad formam et quantum ad decentiam. Sed non est verum generaliter quod ex pluribus partibus pars possit restaurari eadem pars quantum ad materiam et ad formam

et decentiam. Non hoc fieret nisi miraculose. Unde dicendum quod pars indecenter ex defectu fit additio vel multiplicabitur, et sic patet in corporibus parvulorum. Sed non particulariter intelligitur illa propositio, non tenet argumentum, quia est particularibus non.

Consequenter dicendum est de resurrectione Christi. Circa quod tria querenda sunt. Primo queritur utrum resurrectio Christi sit causa nostre resurrectionis. Secundo queritur utrum Christus probavit resurrectionem suam discipulis suis. Tertio queritur utrum apparuit in specie peregrini. Circa primum sic obicitur. Dicit apostolus: si Christus resurrexit, ergo omnes nos resurgemus. Sed quod hic ponitur nulla sit, quia magis videtur quod Christus resurrexit quam quod nos resurrecturi sumus. Sed minus est quod magis videtur, ergo illa argumentatio est a maiori et conveniens, ergo non valet, quia locus a maiori destructivus est. Item si Christus resurrexit nos omnes resurgemus. Sed necessarium est Christum resurrexisse, ergo necessarium est nos omnes resurrecturos esse. Sed ex necessario non sequitur nisi necessarium. Item resurrectio Christi est causa resurrectionis nostre, ut dicit Augustinus, et apostolus: resurrexit propter iustificationem nostram, et ut dicit glossa: mortem nostram moriendo destruxit et vitam resurgendo reparavit. Sed necessarium est causam precessisse, ergo necessarium est nos resurrecturos esse. Item sancti qui decesserunt meruerunt gloriosam resurrectionem, et necessarium est eos meruisse, ergo necessarium est eos habituros esse gloriosam resurrectionem. Sed contra. Resurrectio generalis erit miraculosa, ergo ex sola voluntate dei. Sed voluntas et necessitas sunt diversa principia, ergo non est necessarium nos resurrecturos esse. Item si necessarium est nos resurrecturos, hoc non est nisi propter iustitiam dei. Sed hac causa sanctorum. Sanctum est deum esse iustum, et sanctum quod causa est resurrectionis nostre, et sanctum aliter esse non posse, et hec diffinitio scientie, ergo sanctum resurrectionem, ergo non contingens. Item non est necessarium istos dicere resurrecturos esse resurrectione gloriosa. De illa enim loquitur apostolus, nec istos centum nec istos mille, ergo non est necessarium nos omnes resurrecturos esse, et probatum est oppositum. Solutio. Ad primum dicendum quod Christum resurrexisse maxime simile est. Sed apostolus non infert a maiori sed a simili. In quantum enim Christus filius dei est per gratiam, sic et alii sancti simul est illi. Unde simile est Christum in quantum est filius dei per gratiam resurrexisse, et sanctos in quantum filii dei sunt resurrecturos esse, quia eadem est ratio. Unde nulla argumentatio est locus a simili. Sed in hac anima sanctorum est immortalis et qualibet. Sed hec similitudo non ibi, nisi similitudo gratie. In quantum autem Christus est deus et homo, maius est Christum resurrexisse quam [illegible] excellentiam gloria resurrectionis in [illegible] resurrectio est sicut in [illegible]. Locus a duplici causa motiva. Resurrectio Christi est causa motiva, liberatis patet, ut faciat animos Christi resurgere fratres suos, sicut cum rex terrenus facit militem filium suum, animos ipsius facit milites alios milites, et licet milites crescere quod hoc fecerit pater, tamen in militia quod resurrexerit Christus tamen intelligitur tam de illis quam de aliis quod resurrecturi sunt propter esse. Respice domine in faciem Christi tui. Melius est placere deo patri non quod in Christo est, id est membra Christi, quia nullus ascendit in celum nisi qui descendit de celo, scilicet Christus cum membris suis. Est autem resurrectio Christi causa mo-

tiva ergo ad nos resurrectionis nostre, quia hec est dies quam fecit dominus. Resurrectio Christi illuminat nos et facit nos videre gloriam suam eternam et movet nos ad gloriam acquirendam, quod significatum est per hoc quod Moyses ascendit in montem ut videret terram promissionis. Similiter et nos debemus considerare altitudinem glorie Christi, ut ad eandem bonis operibus veniamus. Ad illud quod dicit quod necessarium est resurrecturos esse sanctos gloriosa resurrectione, sed duplex est necessitas, scilicet necessitas nature et necessitas iustitie. Prima necessitate non est necessarium nos resurrecturos esse gloriosa resurrectione, sed necessitate iustitie necessarium est, et necessitas iustitie et voluntas non sunt diversa principia. Immo idem sunt in deo. Hec est laus dei quod non potest facere malum, non potest non facere iustum et bonum. Aliter est negatio. Ad illud quod hec est vera nos sanctum, id est sanctum deum esse iustum, hec est scriptum est in corde eius. Sed hec falsa: sanctum quod est causa. Non enim sanctum quod iustitia divina sit causa resurrectionis nostre. Sed communis hec non est scriptum in cordibus eorum. Multi enim qui communiter resurrectionem futuram non solummodo illo per interpretationem. Ad ultimum obiectum dicendum quod sanctos qui iam decesserunt necessarium est resurrecturos esse gloriosa resurrectione. Sed istos sanctos qui modo vivunt non est necessarium resurrecturos esse, nec illos qui post vivent, tamen completum numerum sanctorum predestinatorum necessarium est resurrecturos esse necessitate generali, non necessitate particulari, et generaliter loquitur apostolus cum dicit: nos resurgemus, id est nos sancti.

Secundo capitulo queritur utrum dominus probavit resurrectionem suam discipulis suis.

Dicitur in principio Actuum quod dominus prebuit se ipsum vivum post passionem suam in multis argumentis. Unde multis argumentis probavit resurrectionem suam. Unde dicit sanctus Gregorius super evangelium Luce: post resurrectionem dominus in corpore suo duo genera ostendit: palpabile eiusdem nature, ut informaret ad fidem, et incorruptibile alterius glorie, ut invitaret ad premium. Unde prebuit se palpabilem in manibus discipulorum, ut eos informaret ad fidem resurrectionis sue. Sed quando hoc obicitur: quia aut dominus vere ostendit duo genera in corpore suo aut non vere. Si vere, ergo duo genera fuerunt simul in corpore Christi, quod est impossibile, quia genera non possunt esse simul in eodem. Si non vere, ergo falso ostendit, ergo dominus fallax fuit, quod non solum est impossibile, sed etiam non intelligibile, quia prima et summa veritas nullam habet admixtionem falsitatis. Item palpabile et incorruptibile sunt contraria, ergo si est palpabile est corruptibile, ergo cum dominus ostendit corpus suum palpabile discipulis, ostendit ipsum corruptibile, ergo per hoc non informavit discipulos suos ad fidem resurrectionis, sed potius destruxit fidem resurrectionis in ipsis. Ad hoc est generaliter solutio quod corpus glorificatum non est palpabile naturaliter a manibus non glorificatis, sicut nec visibile ab oculis non glorificatis. Sed palpabile a manibus glorificatis. Concedo ergo quod palpatum fuit corpus Christi a manibus discipulorum post resurrectionem, sed miraculose, et palpabile et incorruptibile non sunt genera simpliciter, sed sunt genera similiter tantum. Ratio est [illegible] corpora

quod inveniuntur palpabilia possunt esse corruptibilia. quia non
fuerunt palpabilia non esset corruptibilia. Contraria sunt
simile ratione. possibilis potest illa contraria. glossa: licet simpliciter non
sint contraria. et sic patet solutio ad primum obiectum. Ad secundum obiectum
solutio patet per predicta. Unde ait Augustinus: Corpus christi palpabile
est a manibus discipulorum quod corruptibile. Debet etiam ad-
di. est palpabile. similiter et hoc firmum. Sicut non ut habet
hec virgo quod non peperit: sed hec necessaria: hec virgo
quod non peperit naturaliter. Si esset hac solutionem in isti
plures obiciunt quod corpus christi glorificatum aut est
similiter palpabile a manibus non glorificatis aut non. Si est
hoc propositum. Si non. sed ante passionem erat palpabile
similiter a manibus non glorificatis. ergo variatum est non. ergo
corpus est glorificatum non est eiusdem nature cuius erat ante pas-
sionem. et glossa: contra. quod esse verum. Item licet eadem natura est ante.
Sed manere causa manens effectus. ergo cum ante passio-
nem esset palpabile ex natura quam habebat a manibus non glo-
rificatis. et in eadem non est palpabile a manibus non glo-
rificatis. Item corpus christi glorificatum aut potest palpari a ma-
nibus non glorificatis aut non. Si non. quomodo palpatum
fuit a manibus discipulorum quod potuit palpari. Si
vero potest palpari a manibus non glorificatis quod similiter
potest palpari a manibus non glorificatis. Dicendum est quod esse
non potest videri. quia non potest videri similiter. Item super illum lo-
cum luce palpate et videte. Dicit glossa. Corpus non
et subtile erit per effectum spiritualis potentie et pal-
pabile per veritatem nature. ergo corpus glorificatum similiter
palpabile est et cum habeat eandem veritatem nature quam prius
habebat palpabile est a manibus non glorificatis.
Item super illum locum luce: habetis hic aliquid quod man-
ducetur. Dicit glossa. ad insinuandam veritatem resurrecti-
onis non solum tangi sed etiam comedere voluit. quia vere re-
suscitati comedere possunt. Lazarus et resusci-
tati non possunt comedere. Sed post hoc comprehenditur nunc
ista. quia resuscitati ab ipso non possunt comedere. ergo
corpus glorificatum potest comedere. gustare ergo potest. Sed
gustus non est sine tactu. ergo tangibile similiter. tam ac-
tive quam passive. Cibus est tangitur gustatus. ergo est
palpabile similiter a manibus non glorificatis. Item in ysaia.
videbit omnis caro salutare dei. tam boni quam ma-
li videbunt christum glorificatum. Sed ipsi in facie ibi
miraculum per maius. ergo in malis sine miraculo
videbunt christum glorificatum et oculis non glorificatis.
ergo corpus glorificatum sine miraculo potest videri ab
oculo non glorificato. ergo potest palpari sine miraculo
a manibus non glorificatis. Quidam concedunt. et hac
opinione fuit prepositus. Dicebat enim quod corpus glorifi-
catum similiter potest videri a corpore glorificato et non glorifica-
to. similiter et palpari. Sed in hoc est differentia. quia corpus non
glorificatum tangitur detinetur et videtur velit nolit.
Sed corpus glorificatum quando vult probat se videri. quando non
vult non probat se videri. Sicut super luca dicitur de
angelis. quod in potestate illorum est apparere et videri
quando voluerint et non videri quando non voluerint. sic dicitur demo-
ne beato bartholomeo. Similiter vult. sed non vult non
videtur. et pro hac opinione pro hac auctoritate solvunt omnes
auctoritates excepta prima que solvunt per istam opini-
onem. quod palpabile et incorruptibile non sunt contraria non per

simile ratione. Natura enim est ratio non conveniendi in uno eodem pal-
pabilitas non corruptibilitas. Ad secundum obiectum patet solutio. quia secundum
istam opinionem hec palpabile similiter et corruptibile. Sed contra
utramque opinionem sic obicitur. Dicitur in evangelio. fulgebunt
iusti sicut sol. sed sol similiter invisibilis est ab oculis non glo-
rificatis. ergo corpora glorificata similiter visibilia sunt ab
oculo non glorificato. ergo corpora glorificata similiter palpabilia
a corpore non glorificato. et hoc est contra primam opinionem. Item
si corpora glorificata fulgent sicut sol cum ex natura lu-
cis sit sol visibilis. videtur si obiciatur visui eodem modo
corpus glorificatum ex luce sua vel colore. vel colore
similiter videtur debet esse oculo non glorificato. et non est in videndo sua
videri vel non videri. Immo videtur velit nolit cum obie-
ctum visui. Item non palpabile sine resistentia. hec propositio
quam per se nota. sed corpus glorificatum non resistit corpori
non glorificato. Est enim subtile et penetrativum.
Unde dominus sine miraculo post resurrectionem intravit
ad discipulos ianuis clausis. ergo cum corporis glo-
rificati ad non glorificatum non sit resistentia. glori-
ficatum non est palpabile a non glorificato. Subtile enim re-
sistit subtili. grossum grosso. Sed grossum non resistit
subtili. Item quando corpus glorificatum palpatur a non
glorificato. aut assumit aliquam proprietatem quam prius
non habebat aut nullam. Si nullam. ergo quare nunc
modo est palpabile et prius. ergo similiter palpatur a corpore
non glorificato et prius palpabatur cum eque pro illa
qua esset. Si aliquam proprietatem assumit. non nisi grossi-
tiem. ergo cum palpatur est grossum. ergo non est subtile. ergo
non est glorificatum. Solutio. Secundum ultimam opinionem
que nobis magis placet. quod sicut lignum putridum
et quod in mer duas habent proprietates. scilicet lucidita-
tem qua de nocte videtur et proprium colorem quo de die videtur.
Similiter corpus glorificatum duas habet proprietates. Est enim
palpabile per veritatem nature. et subtile per effectum spiritu-
alis potentie. Unde cum utitur palpabilitate potest
palpari a corpore non glorificato. cum vero utitur
subtilitate non potest palpari a non glorificato.
Sed quod luciditas ligni putridi. aut huiusmodi
aliquando videtur. aliquando non. non est de natura ligni putridi.
sed ab extrinseco. Sed corpus glorificatum de natura sue glo-
rificationis habet quod videatur si vult. et si non vult
non videtur. et palpetur si vult. et non palpetur si non vult.
Unde quod habuit beatus bartholomeus. a miraculo habuit cor-
pus glorificatum de natura sue glorificationis. Solutio
hec facile est tenere ad obiecta. Ad primum est obiectio de
quod non est simile de sole. quia corpus glorificatum dignioris
est potentie quam sol. Est enim corpus spirituale sicut dicit
apostolus. Seminatur corpus animale. surget corpus spiritu-
ale. Unde in potestate sua habet videri et non videri. Sol
autem non habet potestatem spiritualem. Ad secundum obiectum dicendum quod
hec falsa. Corpus glorificatum non resistit corpori
non glorificato. Immo quando vult resistit. et probat
se palpabile. Absconditum est quando vult subtilita-
te sua. per quam est penetrativum. et utitur palpab-
ilitate sua. sicut dicit augustinus in libro de civitate dei.
quod dominus quando apparuit discipulis suis et probavit se
eis visibilem. abscondit lucem suam. Ad tertio
obiectum dicendum quod cum corpus glorificatum palpatur a non

glorificato. non assumit aliquam novam proprietatem. Sed
utitur quadam proprietate qua prius non utebatur. videlicet
palpabilitate. proprium enim est spiritualium esse apparere quando
voluerint. Et non apparere quando noluerint. sicut dicitur de angelis.
in principio luce. et per quod similiter tendo sicut vel ultimam opinionem.
tamen quia seraphyn velant pedes domini ut habetur in ysaia.
id est statum illum hominis. et angelorum ergo post vitam
istam non est tutum. Immo temerarium est asserere ab de
illo statu. sed opinari licet. et magis consentiendum
uni opinioni quam alii. Unde si velimus sustinere pri-
mam opinionem. scilicet quod corpus glorificatum non videtur vel palpatur
a non glorificato nisi miraculose. Redibimus ad super-
deteres obiectiones. distinguentes tripliciter esse in . una
quod est ad esse rei. scilicet naturales potentie. alia quod datur
ad bene esse. videlicet habitus naturales. per quos ydonei sumus ad
opera. Tertia quod datur ad bene esse quantum ad necessitatem. scilicet
ut fiant opera generationis et corruptionis. Unde
datur interius homini grossities per quam est palpabilis. que
removebitur in resurrectione. Unde augustinus: Hec
hoc corpus glorificatum similiter non potest palpari a non glo-
rificato. prius poterat palpari similiter. ergo non est eius
non est prius. et remanet palpabilitas similiter. Grossi-
ties est que remota est non est proprietas tangibilis. sed est
medium. quo in presenti fit palpatio. sicut me-
dium in visu. non est visibilis proprietas. sed lux vel color. Tan-
gibiles enim sunt proprietates. calidum frigidum. humidum
siccum. asperum. lene. molle durum. ponderosum. le-
ve. Grossities nullum est grossities. Ad id quod obicitur de sole
dicendum sicut prius. quod non est simile. quia sol non est corpus spirituale et cor-
pus glorificatum spirituale est. Sed de comestione non
facile respondetur secundum istam opinionem. quia cum cibus esset con-
sumptus ponderosus in ore domini. ex quo corpus non resiste-
bat excepto fuit glorificatum debuit cadere de ore
domini. nisi dicatur quod miraculose comedit. sed hoc non
videtur esse verum. quia sancti dicunt quod potestative comedit.
Sed obicitur de hoc quod dicit glossa. ad insinuandam verita-
tem resurrectionis dominus non solum tangi sed comedere voluit.
Constat autem quod corpora glorificata non indigent ali-
monia. Unde nec comedent nec bibent. in futuro non nu-
bent neque nubentur. ergo quod comedit non fuit necessarium
ergo ad probandum resurrectionem. Immo quod veritas resurrectio-
nis est quod comedit. Eadem est obiectio de hoc. quod corpus suum
probavit palpabile a manibus non glorificatis. et adhuc est
gravior solutio. quod certa libri opere sillogizatur quia
declaratur videndo. Unde cum discipuli essent carnales tali
probatione usus est dominus. quod sufficiebat eis. licet in se
non esset sufficiens. Sed obicitur quod hac solutione. quod hec
argumentum est necessarium. quod a dominus vere comedit. et
prius fuit mortuus. ergo vere resurrexit. lazarus
et resuscitati non possunt comedere. ergo vere et ex
visis. probavit dominus veritatem sue resurrectionis. quod
sed. Dominus est quod alius argumentum est usus dominus. ad proba-
dum veritatem resurrectionis. Alius ad probandum
gloriam resurrectionis. palpatio et comestio suffici-
enter probaverunt veritatem resurrectionis. Quod autem
ianuis clausis intravit ad discipulos et eva-
nuit ab oculis eorum quando ei placuit. probavit su-
fficienter probavit gloriam resurrectionis.

Tertio capitulo queritur de forma in qua dominus
apparuit duobus discipulis euntibus
in hemaus. Dicitur in fine luce tu solus pe-
regrinus es et cetera. et in dominus apparuit in specie peregrini. et in fine
marci. post hec duobus ex eis ambulantibus ap-
paruit in alia effigie. et glossa. id est non in sua
natura. Queritur ergo de forma illa an fuit in corpore
domini. an in aere circumfuso. Si in aere: sed forma
non ostendit subiectum aliquod. nisi in quo est. ergo sub forma
illa non fuit visus dominus. sed solus aer. quod est falsum.
Item super hoc fuit visus dominus sub forma illa licet non
esset in corpore domini. Eadem ratione potest videri corpus christi in
altari sub forma panis. licet illa forma in corpore domini
non sit. Dicunt autem sancti quod corpus christi in altari invisibi-
le est. forte diceret quod non est simile de forma panis propter ob-
staculum visui. Sed forma illa non prohibet obstaculum.
Immo sub illa forma videbatur corpus christi sicut sub
nube sol. ergo cum sol in sua forma propria videatur
licet sub nube. dominus scilicet in sua forma propria vide-
batur licet sub illa forma. ergo sua non apparuit eis
cuius oppositum dicit glossa super marcum. Item super lucam
dicit glossa. Talem exhibuit se dominus in corpore quale apud
illos erat in mente. Dubitatio enim christi habe-
bat in mente. unde dixerunt. Nos autem sperabamus
quod ipse esset redempturus israel. quia modo non speramus
et propter hoc formam eis ostendit. sub qua non cogno-
scebant ipsum. ergo forma hec in corpore domini erat forma
illa. Item dicit augustinus in libro ad valerianum
episcopum. Cum ex duobus constat humana natura. scilicet line-
amentis et colore. miror quod multos non movet
quod dominus ante resurrectionem in tanta excellentia lu-
cis et splendoris lineamenta sua et colorem mu-
tavit. et multos movet quod post resurrectionem
sua lineamenta et claritatem sua in formis hominibus
invisibilem mutavit. Ex hac autem probatur quod forma
illa in qua apparuit discipulis suis fuit in
corpore domini. et illa claritas quam ostendit in trans-
figuratione. similiter fuit in corpore eius. Si enim in aere
circumfuso nulla fuisset facta mutatio in corpore
domini. preterea quod falsa est opinio illorum qui dicunt quod forma
illa in qua apparuit discipulis suis fuit in aere
circumfuso. et opinio illorum similiter falsa qui dixerunt
quod claritas quam viderunt discipuli in transfiguratio-
ne non fuit in corpore domini. Sed in aere circumfuso.
Si vero dicatur quod forma illa in qua apparuit discipulis
suis fuit in corpore christi. Sed constat quod forma illa ob-
scura erat. et forme corporis glorificati. ergo cor-
pus domini tunc fuit obscurum per formam illam. et clarum
erat quia glorificatum. ergo simul fuit obscurum et
clarum. ergo simul fuerunt contraria in corpore domini.
quod est impossibile. Item si forma illa erat in corpore domini. ergo
in corpore domini erat causa quare discipuli non cogno-
scebant eum. non ergo in oculis. ergo pro nichilo dicit lucas
oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent. Item
ad hoc ut ipsi cognoscerent eum. non exigeba-
tur quod in alia forma appareret eis quam in
propria. quia oculi non glorificati non possunt videre
formam glorificatam. ergo non est dicendum. oculi eorum

tenebant. nec eum agnoscebant. quia est non tenebar ne si
assumptum. Solo ad hoc potest dici quod deus ad tempus assum
psit aliam formam quam glorificatam. ut possent uidere. et prout
eum placuit ei resumpsit formam suam glorificatam.
Unde fuit corpus eius simul clarum et obscurum. Sed melius
nobis uidetur dicendum esse. quod in corpore domini non fuit non
una forma scilicet glorificata. Sed quando placebat mu
tabat uisum intuentium. ac si esset non glorifica
ta. sicut cameleon. animal quod uiuit ex aere. non habet
non unum colorem. Sed ex opposito multorum colorum in ali
is corporibus diuersorum colorum uidetur esse. Similiter et topatius.
unde idem color non semper eodem modo immutatur. Similiter
unicum colorem habuit deus. sed suum pro uoluntate.
suam per potentiam corporis glorificati non eodem tamen semper
immutat. clarum ergo fuit corpus domini per potentiam
suam per habitum. obscurum autem per effectum. suum primo
dum immutandi. et ista non fuit gratia in cameleon
te et topazio. Dicitur ergo quod forma illa suum ille modus
immutandi in corpore domini erat. non tamen propter hoc gratia
in eodem erat. et non ut hoc augustinus. In corpore domini erat
ne eum agnoscerent. ergo in oculis non erat causa. et in
corpore et in oculis. percussi erant auersia. Auer
sia autem idem est quod gaudentia. id est sine uisione cum
ad rem aliquam habet per oculis. et non discernit. sic percussi
sunt ceci qui querunt helyseum. et sodomite quere
res hostium loth. lapidientibus ergo de se potentias
suas. exhibuit. Sed dubitantibus de se. specie sue
cognitionis abscondit. possunt tamen ab eis cognosci per
signum non oculi eorum tenerent per auersiam. Sed obicitur
quod dicit glossa. oculi eorum tenebantur adam. Unde est simile
quia illa pena iusta erat. ergo adam. non ergo adam. Et
adam dicit michi quod allegorica est glossa. illa. et in
telligitur de oculis mentis. qui tenebantur auersia spiri
tuali. id est incredulitate que est adam. sic ipsi dixerunt
nos sperabamus. quod tamen non sperauimus. uel potest dici quod
ponitur consequens pro antecedente. unde est pena esse. adam
que culpa est adam. et pena.

Dicto de resurrectione. dicendum est
de dotibus resurgentium. Unde primo uidendum est que sint
dotes. et quod angeli non dicantur habere dotes. sicut et homines.
Secundo de dotibus corporum. Tertio de dotibus animarum. Do
tes corporum dicuntur esse. iiii. scilicet Claritas. impassibi
litas. subtilitas. agilitas. que notantur in libro
sapientie. ubi dicitur. fulgebunt iusti. et tamquam scintille in
arundineto discurrent. Per hoc quod dicit fulgebunt notatur
splendor et claritas corporum glorificatorum. quia sicut
dicitur deus in celum. fulgebunt iusti sicut sol in regno pa
tris eorum. Sol autem tunc fulgebit septempliciter sicut dicit
ysaias. Remunerabitur etiam pro furto quo tunc nobis exi
bitur. quia omnis creatura ingemiscit et parturit usque
adhuc. et expectat reuelationem filiorum dei. per hoc
ergo quod dicit fulgebunt notatur claritas. per hoc quod dicit iusti notatur
impassibilitas. uel immortalitas. quia sicut dicitur in primo
sapientie. Iustitia perpetua est et immortalis. et per iusti
tiam assimilabimur deo. in eterna similitudine. Unde dicitur
iohannes. gratiam eternam accedit nobis deus. per iustitiam
et alias uirtutes. que perpetue sunt. iam est uita eter
na in nobis. per hoc quod dicit. Scintille notatur subtilitas

Erit enim glorificatum corpus subtile. et penetratiuum. per
hoc quod dicit discurrent notatur. agilitas. habebunt enim corpora
glorificata tantam agilitatem. quod quasi in momento po
terunt moueri. ab aquilone in meridiem. et ab oriente
in occidentem. et econuerso. Est aliud agilitas quam leuitas. Est
leuitas. proprietas tamen mouendi sursum. Agilitas
autem sursum. sursum deorsum. et sic de aliis dotibus. Do
tibus autem istis non inuenitur in corporibus ad intellectum. non est intel
ligi potest. ad esse intellectum in corporibus glorificatis. Do
tes autem anime dicuntur esse tres. a magistris. scilicet cognitio.
fruitio. dilectio. Dicit enim augustinus in fine libri de ciuita
te dei. quod in patria uidebimus. laudabimus. ama
bimus. Non est potius finis et laudare. Immo cum
ibi laus. non solum intratur. sed et uocatur ut dicit cassi
odorus. Dicitur ergo sunt. vii. dotes resurgentium. de quibus
deus facit mentionem in euangelio. dicens. mensuram bonam
confertam et coagitatam et superefluentem dabunt
in sinum uestrum. scilicet angeli. messores. mensuram
bonam dabunt. id est istas. vii. dotes. quibus non pot
intelligi. michi in animabus et corporibus confertam. id est refer
tam. sine repletam. quia nullus locus erit in uacuo.
quia quilibet uis anime habebit gloriam suam. et nichil
erit in corporibus quod non sit glorificatum. et coagita
tam. id est undique cumulatam. scilicet consortio sanctorum
angelorum et sanctorum hominum. et aspectu omnis creature.
et quia undique cumulabitur. propter hoc uocatur primum
non sanctorum corona. Unde gloria et honore coronasti eum. et alia
ratione. quia primum mentum est quod qui non habet principium
non finem. sic non corona. et superefluentem. quia dotes re
dundant super mentem. Queritur autem cum una sit ecclesia
ex hominibus et angelis que est sponsa christi. quare non dicantur
angeli habere dotes sicut et homines. Et est dos illud
donum quod habet sponsa ex matrimonio. Et ad hoc dicit
michi quod ecclesia dupliciter dicitur sponsa christi. primo quia uniuit ei per
caritatem. et sic est sponsa non solum christi. sed et totius trinitatis. Secundo
modo dicitur sponsa christi. quia uniuit ei carni. per conformitatem
nature. et hoc modo est sponsa solum filii dei. quia ad solum
filium dei habet osculum de quo dicit Salomon. Os
culetur me osculo oris sui. Et per hoc modo dicuntur habere
dotes ecclesia collecta ex hominibus. angeli autem non. quia
non uniuntur ei. scilicet christo per conformitatem nature. Unde apostolus. nusquam
angelos apprehendit. Sed semen abrahe apprehendit.
Unde in hoc excellit homo angelum. quia homo est frater filii
dei. Angelus autem non eodem modo quo homo.

Secundo capitulo queritur de dotibus corporum
glorificatorum. sicut de subtilitate.
et agilitate. dicitur quod corpus glorificatum per subtili
tatem potest penetrare corpus non glorificatum. et pot
esse in eodem loco cum illo. Sed esset. corpus glorificatum
potest penetrare corpus glorificatum. ergo multo fortius potest pe
netrare corpus subtile. sicut si aliquod corpus potest pe
netrare aquam. multo fortius aerem. ergo corpus glori
ficatum. potest penetrare aliud corpus glorificatum.
ergo duo corpora glorificata poterunt esse simul in eodem
loco. quod est impossibile. Item corpus glorificatum aut replet
locum. aut non replet locum. Si replet ergo non recipit
secum corpus non glorificatum. Si non replet. ergo recipit
secum corpus glorificatum. Et ita ut prius. Item in pa

tria perfecta est eternitas. ergo non erit in necessitate motus.
ergo non erit in necessarium. quod corpus glorificatum penetret
aliud. ergo per nullo erit in subtilitas. Similiter ociosa
erit agilitas. quia non erit necessarium. moueri ab ori
ente in occidentem. quia ubique uidebitur deus. Solo. corpus glorifi
catum tante dignitatis et nobilitatis est quod penetrat
re per alia corpora et non penetrari. Femina est esse ei
per penetrari. et propter hoc non ut patet angelus. potest esse solum
per hec quod dicit augustinus in libro de epistola fundamenti quod
cum dico non corruptibile. duo dico. per hoc quod dico
corruptibile. dico nichilum. Unde corpus corruptibile. in quantum
libet parte sua habet ad admixtum de nichilo. Vel sol
dici. quod ubique porosum est. non quod ubique sit porus. uel di
uisio actualiter. Sed uidetur per id est aptibilitas. uel
diuisibilitas. Sed corpus glorificatum. Sed corpus glori
ficatum non est porosum. unde non est aptibile uel diuisibile.
hoc autem habet agitatum uoluntate dei. sicut dicitur. pla
to superioribus. non quod dissolubilia. mea autem
uoluntate indissolubilia. Quia ergo corpus glorificatum
non ita porosum. non habet tamen de nichilo quantum corpus non glorifi
catum. et propter hoc non potest penetrari. Ad secundo obicitur dicimus
quod corpus glorificatum replet locum corporis glorificati
ita quod non recipit secum aliud corpus glorificatum. Sed non
replet locum corporis non glorificati. Immo recipit se
cum corpus non glorificatum. Ad tertio obicitur dicimus quod
bene poterit esse in patria quod petrus aliquando uellet esse
iuxta paulum. et aliquando iuxta alium. et in bene
poterit in esse motus. In solo enim deo est perfecta eterni
tas. in quo nullus motus. In sanctis autem non erit etiam in
in ipsis aliquis motus. Laudabitur enim deus non solum
mentaliter. sed et uocaliter. et in poterit esse usus subti
litatis et agilitatis. Sed quia non est nobis certum. utrum
motus localis sit futurus in patria. pedes enim domini
recti sunt ut habetur in ysaia. Dicimus quod siue futurus sit
in motus. siue non. tamen erit in subtilitas et agili
